quod habentes iudicium tam in caldea et alibi posuerunt
quod celum est locus dei creatoris gloriosus: cui laus
est sublimis: eo quod esse dei est eternum assidue inde-
ficiens: quod ab omnibus corruptione et mutabilitate est
alienum: et hoc quidem opime traditum est ab an-
tiquissimo patre Hermene trimegistro in libro de
natura dei et veneratione.

Capitulum secundum qualiter orbis elongatus est a nocturno et labore sui motus.

Momplius autem ratio ista quae sumitur ex preostensis in fine octauo phicorum: et ex his que in parte tradidimus in primo libro superiorum tractuorum per omnibus significatur celum esse ingenerabile et incorruptibile. Ratio autem illa est: que de primo motore et forma celi que nec est corpus nec virtus in corpore sicut diximus: ex illa. n. expresse probatur quod nec generatur est: nec corruptibile est: et est elongatum a passionibus omnium qualitatum primarum: et ab omni nocturno et omni eo quod posset finire eum ipsum et eius motum: et ideo cum mouet non habet laborem et penam aliquam fatigationis. Huius autem causa est: quia licet materia eius conueniat aliquid cum materia generabilium: tamen in precipuis differt ab ipsa. Conuenit. n. cum materia generabilium in hoc quod ipsa est dimensa susceptibilis dyabolitatis et non dyabolitatis: et illuminationis et non illuminacionis: et raritatis et spissitudinis: sed differt ab ipsa: eo quod ipsa nullo modo est divisa in formam: et nullo modo in potentia ad formam: et nullo modo subiectibilis contrarietur: et cum omnis materia sit in actu sicut dicit ar. per esse forme per quod efficitur particularis et similis: sicut et omnis forma per hoc est forma: et ipsa est intelligibilis per se: et principium intelligendi aliud quod est formatum per ipsam: eo quod sermo diffinitius qui principium est intellectus accipitur per formam: et materia celi in modo sit perfecta per formam: cum ipsa videatur et sentiatur esse eum hic et nunc sicut certa particularia: sed in modo principandi formam plurimum differt a materia generabilium sicut superius diximus: sicut et differt in participatione dimensionum: eo quod sue dimensiones nunquam mutantur eum non habeat eas propter formam sualem que mensuratur in ipsa: sed post formam propter motum: et ideo actu distincte et determinate manent dimensiones eius: dimensiones autem generabilium et corruptibilitum semper sunt per formam sualem: et ante ipsam: eo quod ipsa est virtus in corpore que finite est virtus et operatur in suo quod exigit debitam quantitatem: et cum forme generabilium sint diuersae non possunt dimensiones manere distincte et determinate: quod aliorum sibi rerum generabilium esset eadem quantitas et eadem figura: quod non permittit diuersitas esse. et virtutum formarum suarum: oportuit ergo quod materia generabilium esset dimensionum determinatae mutabilium ad congruentiam ois forme generabiliis saluta semper corporeitate coi: quia si nullas habet dimensiones materia generorum: tunc fieret corpus ex non corpore quemadmodum alibi est determinatum. Cum autem actus sit prior potentia: et causa ipsius sicut probari hoc in prima phis: sequitur ex hoc quod quantitas et figura celi causa sit et prior secundum naturam ois qualitatibus et figure generorum et corruptorum. Similiter autem dyabolitatis dispositio non est propria aeris vel aquae vel ignis: sed hec est hanc eam et conuentientia coi cum celo: sicut etiam dixit ar. in scđo de aia: sed participatio ipsius in celo et in materia est valde diversa et equitativa: quod in elementis videmus expesse quod calidum dissoluens facit eam: vel ad minus frigido non totum exprimens humidum mobile cuius una pars fluit ab alia cum male sit terminabile in seipso: sicut causatur dyabolitas sive perspicuitas in aqua. Si n. in aqua staret una pars super aliam non esset aqua perspicua: cuius signum est quod in profundis aquis aspercienti videretur aqua nigrior: eo quod ibi multe partes stant super se inticem. In celo autem dyabolitas non

causatur ex aliquo dissolvente ptes vel ex hoc quod una pars fluit ab alia: sed possumus ex ipsa nam spiritualitas corporis huius: quod sicut diximus determinatur forma separata cuius subiectum est indivisibile et simplex per naturam: et cum aduenit ei quantitas non potest afferre ei proprietates ignobiles: et ideo remanet tenue et perspicuum: et ubi non est tenue et perspicuum sicut in stellis: hoc contingit in illoque conforte motus ei quo mouet forma corporalis materialia activiorum et passiuorum: eo quod stella in orbe est amplioris efficacie quam ceterae partes orbis: et cum moueat per quantitatem et lumen suum: et quod ibi confortetur actus sui instans: et per illud inspissatur ibi sicut patet: quod nisi essent non dyabolane stelle una non eclipsaret aliam: hoc totum expeditum videretur in luna quam in aliqua altera: sed nos de his seruus tractabimus in loco ubi de stellis orbis facies inquisitionem. Eodem autem modo dicimus de illuminatione: quod lumen non est proprietas ignis: sed potius accidentis igni sicut dicit Ar. per hypothesis tenuis cum consideretur corpori dyabolano spissato per aliquam cam: et ideo lumen etiam est forma coi: et celo et quibusdam corporibus non simplicibus: et ideo lumen etiam in quibusdam partibus inuenitur et in quibusdam non: extra stellas. n. non lucet orbis: sed lucet in stellis: et in stellis lucet ex participacione lucis solis: et causa lucis in stellis est spissitudo earum: et linea quae in aliquibus recipitur secundum profundum ipsarum: et in quibusdam diffunditur in superficie: et in quibusdam recipitur in profundum et efficiuntur luminaria sicut stelle lucentes et candele. In quibus autem diffunditur in superficie efficiuntur candidae et quasi latentes: sicut est via que lacte auocatur: que galactaria dicitur: eo quod ibi spissior est orbis per multitudinem stellarum quarum: et sic iterum per orbis principiat lumen quam in inferiora corpora. Et similiter est de raro et spissis: quod hoc non ex qualitatibus activis vel passivis factis constare vel distare partes materie: sed potius omnia ista sunt propria formae et separatas que motum celebri explicant per lumen et perducunt ad effectum: et ideo non est celum esse spissius et minus spissum: ut diversificetur suum insitum quod est lumen: et ita per multis diversimode moueat materiam ad diversas formas generatorum et corruptorum: hoc autem infra latius exequatur. Sed hoc dicta sunt Alucena et Alueros et aliorum phorum ut sciatur per tales formas orbis non subiecti alicui passioni vel alterationi. Et cum motorum celi non moueatur motui quo motum per se negat per accidens non potest lassari ex se per motum suum. Id huc autem causa motus ipse non sit contrarius motui mobilis ei: quod motor non potest acquirere lassitudinem ab eo quod mouet motor ipse: sicut probatum est in precedenti libro et in octauo phicorum: nullo igitur modo subiectetur labore et pena lassitudinis ex hoc quod continue mouet. Non. n. hoc autem motum nisi istum: et ille est ei naturalis per modum quem determinamus in precedentibus libris: non indiget virtute aliqua que sit affixa mobili vel alicui parti eius quod mouetur que prohibeat corpus ipsius moueri naturam et convertat ipsum in motum quem voluerit: sicut est virtus aspirandi cuius descendere est per hoc quod est grauis: et virtus gressibilis mouens ipsum in ambulatione retinet ipsum ne descendet et convertit ipsum in motu voluntariu[m] procedendo ad locum quem voluerit: oportet. n. quod tali indiget virtute absque dubio habet labore et penam in mouendo: quanto autem alijs talis mouet in plus subiectis penae et labore in mouendo tanto est ignobilis: et quanto minus subiectis penae et labore in mouendo tanto est nobilis: et quod nullo modo possibile est subiecti penae et labore in mouendo nobilissimum est in fine nobis. Et iter oia mouentia:

Capitulum tertium de probatione dictorum antiquorum de causa permanentie celi.

Propter talē autē naturā corporis celestis non p̄sentimus dictis antiquorum qui alias inducerunt casū sui motus: et quare motus est circulatus: dixerunt enim nonnulli antiquorum celi esse de natura grauium: sed q̄ circulariter mouetur hoc dixerunt ideo q; non innatur locū et mortū ad quē descendat: eo q̄ dixerunt q̄ indiget re p̄petrante ipsū quā dixerūt esse r̄nueratatem materie aliorū corporum coniunctorum in ipsum q̄ edere nō posse: que corpora cōpresa sustinent ipsum sicut in buinerus gigantū portaret in circuitu: et hoc fabule putantes dixerunt: q̄ gigas nomine athlas portat ipsū in circuitu: et sustinet et coleruat superius: et nō permitit ipsum inclinari. Eolebant autē idē dicere his qui posteriores fuerunt dīcentibus q̄ corpora superiora terra oīa sunt habentia grauitatē per naturā: et descenderēt nisi eēt aliquid quod prohiberet descensum eorum: sed non dixerunt q̄ teneret ea gigas et prohiberet a descenti: sed potius anima que suspendit pedē vel alas ne descendat: et hāc anima dixerunt esse vniuersitatem animalium. Sermo autē iste de celo nō est probat² per sillogismū demonstratiū: sed trās eundo dixerit que dixerat per similitudinem fabulosa ad h̄ superiora celi referentes. Neq̄ iterū vērā casū permanentie celi retulit empedocles qui dixit celi esse os se corruptibile sed q̄ nō corruptitur h̄ est propter numerū suā velocitatēz que impedit q̄ alterationes agentiū in ipsū nō figuntur in ipso: sicut est aqua velociter currentis non de facili calefit a sole: nec de facili congelat a frigore congelant in glacē. Dixit etiam empedocles q̄ velocitas p̄bvet ipsum desēdere: eo q̄ retinet ipsū in loco contra centrū idē suspensus: ita q̄ nec declinare potest nec descendere: cuius simile dixit esse in recto circulariter moto velocissime qui stat i loco non retentus a velocitate motus: propter quā nec cadere nec recedere potest: contra q̄ nos dicim⁹ q̄ scelus est naturaliter graue et est superioris retentum propter velocitatem sui motus: vel propter cām aliam: tunc impossibile esset h̄c motus esse perpetuū et infinitū: q̄ nullus mot⁹ violentus est perpetuus: iste autē motus est violentus ad minus quo ad naturā eius quod mouet: licet enim dicat q̄ mouetur ab aia quidam antiquorum: tñ iste motus aie nō est h̄ naturā corporis q̄ mouet ab aia: sed pot⁹ violentia sit ei: et ideo inducit labore et pena: mot⁹ autē violentus non est semper: sicut multo tempore ostendimus. Amplius autē est negādū q̄ dicunt q̄ celi sit mouens sempiternū propter aiam: q̄ cogit ipsum ut sit sempiternū: licet enī aia alia largi antur eis esse et motū et permanētiā ad tempus: et quando egreditur aia exiprat corpus et marcescit: tñ hoc nō pot face re perpetue: eo q̄ nouamentum incident in corpus: et efficiunt inabitabile motib⁹ aie. Sermo autē talis ē impossibilis de corporib⁹ celestibus: q̄ vita talis aie et actus eius in corpus nō est absq̄ laborē et pena: q̄ autē videre audire in imagina ri et mouere labores sunt: sicut p̄bici sermōes testant: propter q̄ vita h̄ non est bona et summe laudabilis: cū motus aie quo mouet talia corpora non sit p̄m conditione: per naturā partis corporalis que mouetur: oīs autē natura talis est impedita ex quiete mot⁹ naturalis: et est priuata quie te delectabili facta in omni eo qui habet bonā rōnem. Si militer autē si celi habet talē aiam: absq̄ dubio misera erit aia huīus et impedita que p̄iuaf quicquid que debet aia laboranti: cū tñ sit facta ex habente rōnem certaz cuius est attribuere quietē laborāti. Qū enī talis sit constat q̄ cōti nuis motus eius testatur q̄ nō est ei quies omnino: nec similitudo gerit q̄ datur aie animali in somnō vel in similitudine somni in quo quelcum vires animalis: et ideo dixerūt q̄ celi mot⁹ est aliud simile exemplo rote q̄ exiō v̄l aquicea vocatur: eius preparatio fuit ut semper moueat ab eo quod mouet ab ipso: sicut q̄ rotā suspēdit: et can ti eius perforantur: et artificio retinente argentiū viuuū in canticis nō simul sed per partes descendit: tunc enim semp

de p̄mit̄ anterio: semicircul⁹ per argētū viuuū desēdēs et i posteriori semicirculo elevat⁹ ps argētū viuuū: q̄ iterū deplacat semicirculū anterio: cū idē autē artificiū in rotis magis sit per arenā: et tali artificio factū dixerunt fuisse motū semper: sicut talis rota est sempiterni motus violenti. Di cū autē istud inconveniens est et de summō et de primo motu dictū est absq̄ filio persuadente. Sed sufficit eis propter imperitiā dictam transire per similitudinem et fabulosā viā: sicut etiā qui dixerūt multitudinem deoz non sufficiēter probauerūt: sed transire per similia et fabulas virtutes nature deoz opinantes. Hōs autē cū p̄biām profiteamur: non oportet sollicitari ad disputandū cōr: a sermonē oīen tis aliquid quoq̄ modo dicat illud: sed sufficit nobis ut disputemus cū his qui dicunt aliquid sermone vero et filio gisticē. Dimitam⁹ iūcī nūc antiqua fabulosa tanq̄ nobis nō idoneā: et redeam⁹ ad materiam propriā inquirēdo dif ferentiās et proprietates residuas corporis nobilissimi qđ est celum.

Capitulum quartum de sursum et deorsum celi sūm opinio nem pitagororum.

Inter p̄prietates autē ipsius que est primo ingredia ī ea q̄ est principiū et differentia simul dimensionis eius et mot⁹: h̄ autē est differentia simus et positionis eius que est sursum et deorsum et dextrū et sinistrū: et ante et retro. De his igitur inquirentes vtile est primo inducere quicq̄z cōtra hoc dixerunt antiqui. Dico igitur q̄ quidā ex antiquis phis tradiderūt celi habere dextrū et sinistrū: et sunt precipue illi q̄ fuerunt de scola pitagorica. H̄i enim primi fuerunt iter querentes de celo et de numero eoz fuerūt qui illa dixerunt: viderūt enim celi habere aiam: et viderūt animati corporis et mobilis ad locū bas esse differentias: et ideo celo eas attribuerūt. Intendimus igitur inquirere veritatem dicti eoz: et considerare: an celo conueniat dextra et sinistra sicut dixerunt: an contrario modo se habet. Primum igitur in quo reprehensibiles esse videntur pitagorici est q̄ tradiderunt posteriora: et non fecerūt mentionē de priorib⁹ eoz h̄ naturā. Si enī nos dixerim⁹ q̄ corpori aliqui conueniant h̄ principia motus localis que sunt dextrū et sinistrū: oportet necessario q̄ tradam⁹ prius qualiter conueniat ei priora his que sunt principia istoru: h̄ autē sunt sursum et deorsum: et ante et retro. In libro enī quē scripsim⁹ de motib⁹ aialiu: ostendim⁹ hec esse priora his que sunt dextrū et sinistrū: pertinent enim hec ad speculationē motū aialiu: eo q̄ eis ipsa principia motuum sunt in animalibus sunt magis apparentes utile differentiae. Est autē ratio qua p̄bas q̄ sursum et deorsum: et ante et retro sūt priora dextra et sinistra a generalitate subiectorum ipsorum sumpta: q̄ in plurib⁹ inueniuntur sursum et deorsum: et ante et retro: q̄z dextrū et sinistrū: in oīibus enī in quibus inueniuntur dextrū et sinistrū: inueniuntur et ante et retro et sursum et deorsum: et non conuertitur: et in omnibus in quib⁹ inueniuntur ante et retro: inueniuntur sursum et deorsum: sed nō conuertitur. Igitur prima sūm naturā: i sta sunt sursum et deorsum: et secunda sunt ante et retro: et ultima sunt dextra et sinistra. In plurib⁹ autē inueniuntur sursum et deorsum: et ante et retro: et dextrū et sinistrū. Sunt enim sola illa aialia h̄ oīa habentia que dicuntur perfecta: que s. habent oīes sensus et motū localē: plura autē aialia habent ante et retro: et sursum et deorsum: et non dextrū et sinistrū: sicut aialia imperfecta que nō habent oīes sensus: sed habent sensum tactus tñ et gustū: h̄ q̄ est quidā tactus et carent motu locali: nō enim mouentur nisi tñ motu confectionis et dilatationis: sicut ostrea: et chōche quedā: et sponge: in his enī tñ est sursum et deorsum propter motum nutrimenti: et ante et retro propter motum sensū: licet autem non multum deprehendatur in eis eo q̄ non inueniuntur in: eis figura et organa sensū: et ideo fortassis Christo, dixit talia habere retro: et nō facit mentionē de ante i talib⁹ aialib⁹. In his

aut non est dextrum et sinistrum: cum in eis non sit motus localis: eo quod natura non habundat superfluis et omnino superflua esset quod aliquid haberet principium motus localis quod est immobile secundum locum. In pluribus autem inest adhuc sursum et descendens: quia hoc inest omnibus animatis ita quod etiam pluribus inest eo quod in plantis inest motus incrementi: cuius principium est sursum et etiam deorsum: sed in eis non est ante et retro: cum non habeant sensum: nec dextrum nec sinistrum cum non habeant motum localis: licet dicat Isaac in libro de elementis quod plantae habent duos sensus. scilicet gustum et tactum: sed Isaac diliguit inter duos sensus aiales et secundus natales: secundus natales vocat virtutes acceptivas animalium etem: aiales autem eos quod cum animali etiam intentiones percipiunt sensibilius secundum aies quodcumque iudicium et naturales quidem dicit esse in plantis propter hoc quod iuueniuntur consequenter uenientes trahere et abstinere se ab inconvenientiis: aiales autem dicit esse in animalibus solidis. Nos autem secundum non curamus: quod ante et retro non sunt: principia motus sensibiles nisi prout sensus est animalium: et non naturalis. Ex libro autem bis que dicitur sunt quod ad propositum reuertentes dicimus quod si nos attribuimus celorum rei animalium secundum dextrum et sinistrum: tunc per dubio debemus ei attribuere priora his sine quod secundum ista non possint aliuii aitato: sicut determinari habet in libro de motibus animalium. Amplius autem cum sint principales uarianti differentiarum tres. scilicet sursum et ante et dextrum: et secundum platonis: eo quod ipse locauit ea inter insititia boni: et oppositas eis quod sunt ante et retro et deorsum: et sinistrum: sicut ista sunt in coordinacione malorum: et absque dubio quod libet illas habere ratione principiis prius in ordine suo. Dico autem modos differentiarum illarum nibil aliud esse quam sursum cuius opponitur deorsum: et ante cuius opponitur sinistrum oportet. nam ut diximus quod dimensiones superficies quod sunt inter istas differentias obiectum corporis animalium completo: sunt superficie: sicut tres earum ut diximus sunt principia per se et tres per accidentem. Dico enim sursum esse principium longitudinis animalium corporis per hoc quod est principium augmenti sue incrementi. Si autem longitudine per se et non in natura li corporis animalis accipitur: non esset sursum principium longitudinis sed potius quecumque dimensione inter punctum et punctum: si in contrario accipitur illa esset longitududo sine latitudine que linea vocatur. Nunc autem maior dimensionis animalis corporis longitudine est: et illa est que porrigit a sursum in deorsum: et cum principium effectum est sursum quod est calor corporis: ex quo sicut et habente virtutem formatuas tota longitudine totius corporis producitur: et ita diu durat illa extensio longitudinis animalis quousque poterit calidum formam extenderi et humidi radicaliter extendi: sicut in secundo de anima habet determinati: et ex hoc patet quod sursum per se est principium longitudinis: et deorsum per accidentem: quod deorsum non est principium factum longitudinis: sed potius terminatum: quod longitudine in finem padi non potest: et ideo accipit terminum per id quod est deorsum cuius est etiam alia causa parte nutrimenti: quod secundum nutrimentum oportet animali secundum partem granulosas partes ipsius descendere ad nutrimentum membrorum inferiorum: que magis sunt terrestria et melanocita: subtiliores autem partes elevantur virtute caloris ad nutrienda membra superiora: que magis sunt sanguinea et colorica: et huius est signum quod membra virorum et masculorum propter habundantem calorem frequenter sunt superi: magis nutrita: quod masculi superiores membrorum numeros habent gradiorum quam inferiores: semine autem eodem modo: et ideo cum cadut masculi a loco alto cadunt frequenter super humeros: et semine super posteriores. Sed de his obibus ratio perspicax reddi debet in libro de animalibus: sed autem trius est dictum quod sursum in aitato est virtus angustis que est principium longitudinis animalis: cui coniungitur deorsum per oppositum: quod longitudinis necessario duo sunt termini per alium aut modum dextrum latitudinis est principium: non quidam mathematice: sed potius latitudinis informate virtute motu secundum locum. Motus enim ille licet oritur a posteriori parte cerebri vel a vicario po-

sterioris partis cerebri qui est mucha per spondales dorsum descendens: tamen non effunditur et explicatur per organa motiva nisi in latere quod initium est latitudinis animalis: et hinc latrum dextrum: et ideo in latere videmus omnia motus organa formati a natura: in latere denique infigatur crura ad ambulandum et ale ad volandum: et ideo parvi pedes vel animali vel teste licet infigatur in dorso: tamen in latere habent suas mobilitates et voluntates: propter hec natura organa dividunt ibi vertebra et parvae vertebrae in quibus virtutes sunt motus animalia secundum: et ad motum illum per se quidem reservat dextrum: quod hinc propter pleniorum calorem et cordis maiorem verticali versus latrum dextrum expeditum habet virtutem motuam: et ideo omnis animal perfectum sicut homo equus leo bos elephas et bœvus animalia non habent dextrum pedem preponunt in ambulando: et dextrum buinx parant ad onera portanda: nisi studiat in contrarium: vel nihil dextra sit expedita per accidentem. Sinistrum autem non reservat ad motum nisi per accidentem: trahit enim pes sinistram ad cor: et sustinendam ne decidat: quoniam pes dexter eleuatur in perfectione motus: et ousi pes sinistram corpus eius sustinet quod mouetur virtus motu recolligit et regirat in dextrum unde incepit: sicut enim semper emittendo actuus ipsius motus in pede et redeundo ut iterum emittat perficitur tota ambulatio. Sed sic non est in volatu: quod in volatu autem syringa simul mouet. Sed tamen in volatu dextrum est principium motus et sinistrum mouetur cum dextero ad sustentandum in motu: sic igitur intelligitur quod dextrum est principium latitudinis in motu locali: codem autem modo ante dicit esse principium profunditatis non mathematice: sed potius quia est principium motus qui est subiectum omnium sensuum ante in organis sensuum que sunt ante figurata. Cum eni tamen tactus sit quasi subiectus omnium sensuum ad quem omnes sensus quasi referuntur: eo quod organum cuiuslibet sensus habet etiam tactum: cuius signum est quod immobilitudo per frigus tactus in omnibus omnes sensus immobilitantur: erit motus sensibilium virtutis incipies ab ante ubi sunt sensus organa et pertingens visus ad principium organi tactus quod est cor: et sic mouebitur ab ante in ipsum: dum profundum autem in corpore est ab ante in retro: quod probat per hoc quod tres dyametri ad rectos angulos sectantes se in corpore non possunt produci nisi a deorsum in sursum: et a latere in latus: et ab ante in retro. Cum igitur diametra sursum in deorsum producta sit mensura longitudinis: et illa que est ducta a latere in latus sit mensura latitudinis: erit necessario illa que producit ab ante in retro mensura profunditatis. Et autem adhuc aliter motus animalis ab ante in retro: virtutes enim animalium comprehensae sunt de intus et de extra: incipit autem comprehensionis extra et vadit intus visus ad posteriorem partem cerebri: in qua sunt virtutes memoriales et recordatrices que reflectunt iterum in tempore extra: et sic patet quod processus motus animalis qui per se animalis est ab ante et retro utrumque isto modo: principium enim in istis differentiis non vocatur aliud nisi unum in primis: ita quod ante ipsum in nullo incipit motus in eo corpori animali in quo est motus. Sicut enim dicitur quod principium motus augmenti est sursum: et principium motus localis est dextrum: et principium motus sensibilis est ante: et significans ante in corpore animali ubi sunt sensus organa: propter hunc et bis similia non inquirimus in eo corpori sursum et deorsum et dextrum et sinistrum: et ante et retro: sed inquirimus ista omnia simul in corporibus animalibus per se: quod habent species animalium et naturales et vitales: et habent in se principium motus quo potest moueri a se ipso sine omni extrinsecis mouente ipsius habens enim differentias non invenimus nisi in corporibus quod non habent alias quam sunt simplicia sicut elementa: vel que sunt homini genera sicut lapides et mineralium genera: in talibus enim non est dicere aliquid principium unde incipiat motus eorum plus in una parte quam in alia. Amplius autem quoddam sunt inter corpora que si mouentur ex obiectis prout suis mouentur equaliter et est totius in eis et partibus cuiuslibet motus unus et ideo sicut ascendit ignis et terra descendit et in talibus non possunt nisi ponendi sursum: et dextrum et sinistrum: ante et retro: neque per

figuras neq; per potentias sue per virtutes ad motu ali-
quæ ordinata distincta. Si autem dicam in talib; esse dextrum
et sinistrum hoc non erit quod intelligimus in eis esse sim-
pliciter has differentias sive quod sunt compositiones ad nos rela-
tive attribuimus eas talib; corporibus. Sicut diximus dext-
rum latus terrenus quod nobis est ad dextrum: et sinistrum latus ter-
re quod nobis est ad sinistrum: et huiusmodi simile est quod obser-
natur in augurijs et auspicijs in quibus non dicitur dext-
rum autem: sed potius autem tota que sedet ad dextris eius cui
cui est augurium: et cui eligitur hora prenotata de dextra se-
dens: a sinistra eiusdem de sinistra: et hoc modo vocare consue-
num? metaphysica habentia figuram australium dextra et sini-
stra quae sunt opposita positione metropolitæ que est in nobis
sicut statua herculis cuius sinistra contra dextram est aspiciebit:
et eius sinistra est dextrum eiusdem: et similiter est forma despe-
culo plano et cōnero: et ut universaliter dicat sit omnibus talium
per transpositionem se haber ad situ hominis prius ad ea: et sic
per similitudinem: et non per virtutem de statua habere dextrum
et sinistrum: et ante et retro in eis sed in statua non est aliqua diffe-
renciarum istarum: cuius signum est quod si renoluat statua a situ
uno nominatum? differentias istas contraria modo quo noīabam
mus eas ante revolutionem. In revolutione autem eius fit de
xtra sinistra et sinistra dextra: et ante retro: et retro ante: et sur-
sum deorsum: et deorsum sursum quae renoluunt diversimo
de: et hoc est ideo quod ista dicimus per positionem ad nos tamen
nisi velimus loquaciter per similitudinem: ut dicamus? os simili-
tudine oīis: et oculū similitudine oculū: tunc enim dicimus de
xtri statuere dextrum quoque modo cōvertat. Sed tunc lo-
quimur sive in intentione alicuius virtutis que est in dextra
vel sinistra: quod virtus talium aut est in natura sicut in aīalib;
aut prenoticijs sicut in augurijs et auspicijs. In simili-
tudine autem non est nisi figura et nulla virtus oīo. Ex his igit
tur oīb; facile patet quod tales differentiae non sunt proprie-
tatis in aīatis: et sunt principia motus sicut diximus. Ex
omnib; autem dictis necessario habetur quod admiramur de pi-
ctagorice et invenimus contra eos sed id quod dixerunt hos
primos motus esse duos tamen: quos principia sunt dextra
et sinistra: et diminuerunt differentiae. Iiii. reliquos motus quae
non sunt minus differentes et minores generales istis quos
nominamus sed potius plus differentes et maiori sunt
comunitatis: differentiae autem quae est in oīis diversitatis que est
inter ante et retro: non est minor: quod differentia que est inter
dextrum et sinistrum: quae sicut ostendimus superi? ante et retro sunt
in oīibus aīalib; et dextrum et sinistrum non sunt in oīibus aīa
libus. Adhuc autem dextra et sinistra non differunt nisi in virtu-
te mouente et non differunt per figuram. Ante autem et retro et sur-
sum et deorsum differunt etiam per potentias per figuram. Ad
huc autem sursum et deorsum sunt in oīibus que habent natu-
ralē et vitale spūm de numero aīalium et plātarū: dextra autem
et sinistra non sunt alicuius plantæ. Amplius autem cum cōveni-
at oīibus longitudinem esse ante latitudinem: et principium ad
ipsum quoniam ex prima divisione principia secunda et ex secunda
et prima principia tertia ostendimus autem superius quod
sursum est principium longitudinis: et quod dextra est principium
latitudinis: sicut hec ita se habet in principiis: ab oīis du-
bio si se habebūt esse principia motuum dico: quod sursum
sunt esse et distinctiones sunt ante dextrum et sinistrum. Dico
deorsum autem primū in eis suo quod est primū vel primum pater: alterum
altero multipliciter dicat non oīibus modis prioritatis est
sursum et deorsum: ante dextrum et sinistrum: sed sive esse et cāti
dicendum enim est quod sursum est ubi est initium motus aīati: sicut
diximus: et non tamen initium motus cuiusque aīatis: sed etiam mo-
tus localis: quod virtus mouens oīatur a corde et perfectius
complet a posteriori parte cerebri in oīb; cerebri habetib; et
in non habetib; cor: et cerebri id est faciūt metra que sunt loco
cordis et cerebri: perfecta autem virtus in cerebro finit per nichil quod
distinguit per spondentes oīis: per totā enim longitudinem
illā orīntur nervi motui in corporib; aīatorū que habent
localē motū: et dextrum est locus exitus motus in membra

que sunt organa motū et non primū principium quod influunt
motū vel unde primo influunt motū: dextrum enim latere influit
motū in organa motus que sunt crura et ale et premule pi-
scis. Id autem quod est ante est locus ubi finitur motū: quod pa-
tet: quod finit infusio extensiois crurū vel alarū: et
omne habens organa motus localis extendit ea ad ante et
in loco ad quē extendere potest finis motus unus et redit
exinde et incipit aliud: et sic continet procedit alias dona pro-
ficerit motū totū. De hoc at p̄bi quod fuerit ante me aliter di-
cerūt. Invenitur enim in scriptis Alexandri et Temistij quos
aerois imitari: quod autem de locis finis motū sensibilis: quod
enī motus quo sensibilis mouet sensus sit per modū mutationis
peruenient ista mutatione usq; ad organa sensuū: sunt
enī scit superioris dictum est: sed nostra expostio cōuenientior
esse videtur. Si autem est sive diximus quod p̄culdubio ei quod
est sursum in eīl potentia: et virtus inceptionis motus p̄
priori inter oīes motū qui sunt inter reliqua que diximus: est
ergo redarguendū pictagoras et sequaces sui qui dimiserūt
dicere ea que sunt principia omnibus alijs priora: et di-
cerunt de dextro et sinistro tamen. Et redarguendi sunt etiam
in hoc quod dicerunt quod dextrum et sinistrum sunt in oīb; reb; equa-
liter et simili ratione. Nos autem neutrū horū constitutur: quod
nec dicimus eas esse in oīb; reb; cuī non sunt in nisi aīalib; quod habet
motū localē: et dicimus quod in his in quib; sunt: non sunt sive
vnā rōmem: sed potius per prius et posteri: quod prius sunt
in cā nature qui est celi: et sunt etiā per prius in masculo et p̄
cōsequens in semina: et nihil horū bene discernit pictago-
ras qui ista celo p̄missus attribuit hec igitur dicta sunt con-
tra pictagoram.

Capitulū. v. de dextro et sinistro sursum et deorsum sive
traditione veritatis.

Eritate autem de supradictis tradētes dicimus quod si
vocē cōcedat celi bī etiam quod est in eo principium sive
localis motū: sicut p̄baum in viii. p̄bitox: tunc p̄culdubio oportet cōcedere in eo ea que
sunt principia motū aīe: et hec sunt sursum et deorsum: et
dextrum et sinistrum cui autem dicimus celi habere aīa: et aīal ter-
restre habere aīam: erit aīa sumpta equinoce: quod id quod voca-
tur aīa in celo est substantia separata que non est alicuius actus corporis nec partis corporis: nec habet actū aliquā in corpore nisi actū motū localis quē influit ei nec enim est educenda de corpore substantia illa: nec habet aliquā dependentiam ad ipsū: nec aliud acquires ex ipso et cū dicit actus et perfec-
tio celi est substantia illa non dicit hec esse per modū illū quo anima in inferiorib; est actus et perfectio corporis oī-
ganici potentia vitā habentis tunc substantia illa esset obligata ei
ad corporis substantiam illa: nec libera et esset limitata sicut
nos ostendimus in premisis: sed habet se aīa ad corporis tri-
pliciter. scilicet apprendendere: et operari. In corpore per
partem practicā ipsius et siquidē cōparemus aīam inferiorē ad corporis dependētiā habet ad ipsum et est obligata ei
ita quod passiones que sunt in corpore redundantur usq; ad ani-
mā: et hoc modo non separatur intelligentia separata ad essen-
tiā orbū celestū: quod potius ex ipsa substantia est ēē orbis q̄d
ēcōuerso ex essentia orbis sit substantia separata sive dicta
phiorum. Similiter autem si cōparatur aīa ad corpore sive vir-
tutes apprehensivas extra vel intus: videmus exp̄r̄it quod
aīa accipiat a corpore et passiones que sunt in corpore pertin-
gunt ad aīam: et hoc iterum modo non possumus cōparare sub-
stantias separatas ad celū: cū nihil apprehensionis et sci-
entie accipiāt ille substantia ab orbibus: sed potius a cā pri-
ma: cōparat igitur ad celū tertio modo tamen: et non est tamen per
fecte plena illa cōparatio: quod nos videmus substantias illas
non mouere partes: sed totū et ideo non videntur nervis et mu-
sculis et filiis quib; perfecti ille motū et hec ei cā quare multi
magno viri negauerūt celū habere aīam: cū in veritate
verā non habent rōmem aīe substantia separata: corpore enī
celeste sicut sepius diximus non est potētia nisi tamen ad motū: et
per seipsum sive vegetabili parte et sensibili natū est accipere

Liber Secundus de celo et mundo.

actiones et oppositiones et motu substantie separate properter quod ipsum inter omnia corpora est esse spiritualius et creatum in aere umbra vegetabilis cum primum sit quod nobilitatem suam habet inferiore sub eo quod per se ipsum est motuum quemadmodum aia quod non conuenit aliqui alii corpori nisi sibi: et ideo si substantia separata est forma celi actus vel perfectio huius non dicitur: nisi quod actiones et operationes sunt separate in fluendo: motus est in tali corpore et sicut non ex corpore celesti et ex tali substantia sicut ex motori penitus immobili sicut non: et hec est simpliciter unum quod est inter omnia illa que sunt opposita et illud unum est omnes corporis: et quodlibet corporis tanto meliore et nobilio habeat virtutem: quanto sunt illi propinquius: et forma tanto nobilio: virtus est quanto est magis separata sicut diximus in physicis: et hec dicta sunt secundum peritiam peripateticorum quod ratione et per Iohannem et aliorum mathematicorum sententia sunt corporis celi non moueri nisi a voluntate cause prime. Hec autem omnia dicta sunt ut intelligamus qualiter secundum peripateticos celi habet dextrum: et si quis obiciat et forte dicat quod cum substantia separata est intellectualis et intellectus est universaliter triplex quater subiecta moueretur hoc motu celi vel illius: non possit mouere hunc vel illum: nisi efficiatur hec vel ille per aliud proprium et particularum et hoc non est in intellectu qui non habet nisi rem quiditates puras: et ille sunt universales absolute: quemadmodum diximus. Dicimus ad illud quod sicut est in aia quod ipsa facit per essentiam quedam: quedam autem per suas potentias naturales: ita est de motoribus celestium: aia enim vita facit. s. in corpore per seipsum: et non per aliquam potentiam naturalem specialiter ei inherentem. Similiter dicimus quod substantiae separate per suas essentias sunt mouentes orbem: et hec sonat intellectus universaliter actius et operatus: et cum essentia motoris ex ipso ordinis suo procedat a prima causa: sic determinata mouebitur ipsa motu determinatum: et cum dicimus quod est universalis dicitur sicut est in universalibus quod triplex determinatus est causa et nature: sed plane accedit oportet quod si essent mouentes per intellectum sicut per potentiam que coheredit esse eius: tunc oportet quod non moueret hunc motum: nisi aliquid daret ei cognitione huius motus proprii: sed de omnibus perfectus tractatus habebitur in phisica prima usque ad illud tempus ergo differat. Supposito ergo secundum phisicos quod celum habeat aiam: tunc opus quod ea habeat que sunt principia motus qui sunt ab aia in corporis et huius sunt sursum et deorsum: et dextrum et sinistrum: et ante et retro. Nec opus aliquem negare que dicta sunt propter hoc quod celum est rotundum: et unus dispositionis secundum figuram: cum nos videamus istam differentiam habere in aequalibus inferioribus: et per figuram et per virtutem: licet enim dextrum et sinistrum non differant figuris: secundum potentias in inferioribus: tunc sursum et deorsum: et ante et retro differunt etiam virtutibus: et insuper figuris: bacenim de causa posset aliquis dicere quod celum non habet ipsum principium. Amplius autem dicet forte quis qualiter possit una pars eius dicit dextra et altera sinistra: cum nos videamus quod celum quo ad eam partem est unus motus simplicis et perpetui: unus enim motus et uno modo se habentem non videmus in inferioribus quod habet dextrum et sinistram. Amplius autem cum nos dixerimus substantias separatas que mouent celos esse separatas: et non esse aequaliter corporum quater in eo quod mouet erit dextrum et sinistrum: cum ista non faciat nisi per virtutes que sunt in corpore: et per virtutes quarum una deficit ab alia in corpore habentem in se contraria quoniam Victoria differens in calido et frigido facit dextrum et sinistrum. Ex his et similibus quidam de peccatis in phisica negaverunt celum habere dextrum et sinistrum: sursum et deorsum: et ante et retro: et diversum quod aristoteles dicit in celo et modo de dextro et sinistro non ex scientia sua: sed potius ex hypothesi: ut ostenderet quod etiam si non moueretur celum habere dextrum et sinistrum quod ad hec reperientur sensibilis est pietagoras in hoc quod diminuit de his differentiis loquebatur: et hanc opinionem procul dubio concensit auctor: sicut videtur ex suis verbis super secundo de celo et mundo. Nos autem credimus secundum finem veritatem quod celum habet de dextro et sinistro: quod obiciatur secundo de uniformitate figura-

re ordinis quod nullum est impedimentum: quod in inferno est in figura secundum istas differentias: ideo est quod motor qui est aia inferior est ac corporis multipliciter secundum multas potentias coniunctas corpori: diversitas enim organorum in corpore aitato est a diversitate virium in aia existentium: sicut probari potest in secundo de aia. In superioribus autem in quibus sunt motores separati non est necessarium talis diversitas: sed in eis diversitas virtutes sunt: est enim generale in tota natura quod est superior: que influit et imprimit in eam inferiori semper est minoris diversitatis quam in inferiori in qua influit et imprimitur. Quod autem de motu obiciatur secundum quod motus quidem est uniformis per totum in hoc quod non intercipitur quiete vel contraria dispositio que facit ipsum tardiorum vel velociorem: sed mobile non sic est uniformis quod motus eius secundum ab omnibus partibus equaliter: sed potius videmus oculis nostris esse motum ab una parte et non ab alia: quod patet oculis: quod est ab oriente et illa pars quasi impellens et pars occidentalis impulsus et opponens quod huius sit causa aliqua in natura. Dextrum ergo erit in celo unde est motus eius: eo quod in omni alato eius est motus a dextra: sicut diximus superius: quod autem dicitur de virtutibus naturalibus quibus perficitur dextrum et sinistrum: et de contrariis dictum est: ac si ex una et dextrum sit et sinistrum in superioribus et in inferioribus: sed hoc non videtur esse concedendum precise cum nos ostendimus quod aia in celestibus et in inferioribus non est unus rationis. Cum enim aia non sit unus rationis in superioribus et in inferioribus tunc non erit principia motus aie in inferioribus et superioribus unus rationis: et ideo ante et retro: et sursum et deorsum: et de dextro et sinistro non dicuntur de celo per eandem rationem: quia dictum est de inferioribus: et ideo videtur dicendum quod dextrum et sinistrum non sunt ex diversitate subiecte mouentis sed potius ex diversitate eius quod mouet: licet enim non sit susceptibile celum contradictionum: suscipit enim similitudinem maiorem in parte una quam in alia et stellas plures in una parte quam in alia: et ideo etiam in una parte est magis aptum suscipere actum sui motoris secundum unam partem quam secundum aliam: et secundum haec habet dextrum et secundum oppositi habet sinistrum: et similiter est de sursum et deorsum: et de ante et retro: sicut inferius patet: propter istas igitur obiectiones non est necessarium nobis negare celum habere dextrum et sinistrum: et deorsum et sursum. Oportet enim nos imaginari dextrum orbis per simile quod s. dicimus hominem habente sursum et deorsum: et ante et retro: dextrum et sinistrum difference in corpore suo per figuram et per virtutes extendi a celo et de polo in polum: ita quod caput eius sit in polo australi: qui vocatur antarcticus: et pedes eius sunt in polo aquilonari qui vocatur articulus: et eius facies sit contrauersa ad emisferium nostrum in quo nos habitamus: ille enim non est necessarium de dextro habet in oriente et sinistra in occidente: deinde intelligamus subtrahit figuram humanorum organorum ex hoc illo et remanent virtutes in ipso celo: et esse sibi eas naturales: tunc videmus in orbe primo absque dubio virtutes has esse quod scimus quod ex opere sue factio eius est orbis quod habet locum unde incipit suus motus: et unde finitur una sua revolutione. Sic enim imaginatio est de causa inceptionis motus orbis potius in parte una quam in parte alia. Cum enim motus unus revolutionis non secundum tempus sit infinitus: eo quod circumferentia non est ambitus infinitus: sicut diximus: oportet quod aliqua sit pars secundum partes celi: et aliquis locus vel situs unde incipit motus revolutionis: omne enim cuius situs una revolutione incipit post aliam moueri habet proculdubio locum inceptionis in aliqua parte et in aliquo loco: oportet autem motus incipiens a parte et loco determinatis: oportet quod habeat principium aliquod naturale quod sit causa quare incipit ab illa parte: et ab illo loco: et non ab alio: principium autem illud non potest esse nisi dextrum: ergo celum habet dextrum et illud oppositum per locum est sinistrum: bec est vero fortior inter omnes ad probandum quod celum habet dextrum: modo videtur quod non potest ad ipsa conuenienter respondere quod concordit cum esse per effectum certum et determinatum ad unum in corpore celesti. Sunt tamen qui obi-

Quæstio. Utrum celus
sit dexter motus. f.
Secundum. Unde et p.
Tertius. dexter et
sinistri. q. p.
quartus. q. p.

Determinatio
bitur non
respondit obiectum
Supponit.

tum contra predicta dicentes quod si oriens est dextrum: aut oriens accipit in loco suo in situ universalis: aut in ipso corpore celi. Si autem accipiat in ipsa plaga mundi sua in dispositione situ: aut accipitur intra celum: aut accipit ex celum: si autem accipitur in ipso celo: tunc dextrum efficitur aliquando sinistrum quia quelibet pars celi aliquando est in oriente: et aliquid in occidente: hoc videtur esse magnum inconveniens. Si autem accipitur in ipsa plaga mundi et immobili et extra celum: tunc accipitur secundum esse in nihilo quia extra celum nihil est omnino: quia nihil nullius est virtutis propter hoc non potest habere virtutem dexter vel sinistra. Si autem accipitur intra celum cum ipsa plaga: et situs sit in aliquibus corporibus secundum naturam erit dextra celi secundum esse non in celo: sed in igne vel in alio corpore contento in celo: quod absurdissimum est et contra rationem. Ideo dixerunt quidam quod in spacio etiam in circulo dextrum dicitur quelibet pars pelles: et quilibet pars pulsa dicitur sinistrum: sed secundum hoc que libet pars semicirculi ascendentis dicitur dextra: et quilibet pars semicirculi descendens dicitur sinistra: et secundum hoc dextrum et sinistrum non differunt substantia in virtute: sed potius ratione situs sunt: et secundum hoc etiam erit causatus dextrum et sinistrum in inferioribus non differunt nisi ratione situs: et tunc homo conuertens se efficitur alia dextrum habens quod prius habuit quod est impossibile. Sicut enim se habet destrum et sinistrum in causa quo ad virtutes: ita se habet in causatis: nisi quod in effectu est compositus et multiplicatus: ideo dixit temistius commentarius alexandri hoc quod supra possumus: quod non est dextrum et sinistrum in celo secundum veritatem. Sed si esset in celo dextrum et sinistrum sicut dictum perypateticorum tunc oporteret etiam quod esset ibi sursum et deorsum. Sed hoc dictum reputamus nos inconveniens propter rationes supra inducendas de causa inceptiois revolutionis celi: quia illi nostro iudicio non potest responderi. Dicendum igitur videtur ut superadiximus. s. dextrum et sinistrum accipiuntur in celo sicut esse partium celi per comparationem ad plagam mundi situm quod est dextrum sicut non efficitur sinistrum sicut esse sed potest effici sinistrum per comparationem ad plagam et situm minus di per hoc quod est in occidentali plaga mundi ponit: et hoc non reputamus inconveniens in inferioribus quod vel dextrum sicut veritate efficiatur sinistrum per comparationem. Sic ergo ponimus omnes situs differentias esse in celo sicut esse dicentes quod longitudo orbis cuius principia sunt sursum et deorsum est spatium in quo disponuntur orbis sicut motus circum a polo in polu super arez circuli equinoctialis super quem est motus diurnus: et cum in uno orbe secundum unum subiectum sint multi orbis secundum formam: secundum quod vocamus in fine. vi. physicorum dicitur quod quidam ex orbibus formalibus sunt sursum in celo: et quidam ex eis sunt deorsum. Ille enim locus qui dicitur locus sursum et qui dicit deorsum est diversus et differens ex omnibus medietatibus orbium formaliter sumptuoz: medietates enim: orbium sunt circularis equinoctialis: et circuli equinoctiales circulo equinoctiali: et per distantiam ad circulum equinoctiale accipitur in spacio differentia: et distantia polo non orbis primi qui est supremus inter omnes orbites. Si enim accipiamus orbites diversos qui mouentur motu diurno considerando in eis medium eorum et describis linea intellectualis axis quem transit de polo in polu per centrum circuli equinoctialis: invenimus quod illa medietas sit aliena que dicitur axis spere descripae non mouetur omnino: ita quod aliqua pars eius transeat ab uno situ in alium vel ab uno loco in alium: licet moneatur in loco et sit suo sicut intelligeremus linea revoluta in tota sua longitudine: illa enim in loco suo moueretur et tamen non mutaretur locum: et ita est de axis spere quod omnes spere mouentur super axem celi primi cuius est motus diurnus: cum autem nominemus lateribus mundi vocando unum oriens et dextrum: et alterum occidens et sinistrum: et tertium ante: et quartum retro ponimus considerationem in orbibus qui formaliter differunt secundum polos et axem po-

lorum qui vocantur sursum et deorsum per modum quem dirimus super ratiobus postulamus ymaginacionem hominis habentis caput in polo australi et pedes in polo septentrionali et couertertis faciem suam ad emisperiu in quo nos habitamus hic in terre superficie: sic enim considerando superius et inferius mundi dicimus latera mundi appellando dextrum et sinistrum et occidens vocando sinistrum: et superficie celi que est ab oriente in occasu contra ordinem signorum vocando retro ante superficiem que est ab oriente in occidente secundum originem signorum vocando retro: sic etiam astronomi illa latera mundi denominaverunt. Non enim damus nomina lateribus mundi ei quod est ante et retro ex eis que sequuntur superiorum polum vel inferiorum: sed potius ex eis que sequuntur dextrum et sinistrum per modos quem iaz determinamus et hest ideo quia distantia inter hos polos non dicit nisi longitudinem orbis tantum: et secundum hanc dimensionem ille polus cuius stellas videmus super nos: qui est polus septentrionalis est pars inferioris orbis qui est primus inter orbites: et habet motum per unum. Idolum autem cuius stellas non videamus qui est australis est superioris orbis eiusdem pars: et hest imaginatio tota differentiarum situs orbis: et sunt in ea plures dubitationes. Cum enim ad oculum videamus esse plures stellas in partes orbis septentrionali et plures imaginationes stellarum: videntur quod maioris vigoris est pars septentrionalis quam meridiana pars: et sic videntur dignissime quod pars septentrionalis sit sursum quam pars meridiana celi: et forte hec ratio monit pietagoras ad hoc quod dicit par tem septentrionale primi orbis esse sursum. Fore autem aliquis velet respondere et dicere quod pauciores stelle in meridie eque potentes vel fortiores sunt multis stellis in septentrione: sed hoc non est probatum. Nos enim scimus quod pars celi magis habet virtutes et ubi est stella: et ideo sequens esse videntur quod ubi plures sunt stelle plus est ibi celestis virtutis. Dicit autem ad hoc auerois quod distinctione superioris in celo et inferioris non est vera nisi est opinione pietagore: sed hest iterum stare non potest et videntur cum nos videamus Aristotelem reprehendisse pietagoram: de hoc quod superius et inferioris celi non distinxit ante dextrum et sinistrum: unde dicendum videtur secundum astronomos quod peripateticus quando loquuntur de superiori et inferiori in celo loquuntur secundum mundi parte habitabile: et pars habitabiles non est nisi quarta septentrionalis emisferii superiores: et ad hest adducemus rationes in libro quem de longitudinibus et latitudinibus locorum componentibus: secundum hanc enim habitabilem sonus caloris est in meridie et stellis meridianis: et ideo est sursum celi sicut de eo quod est sursum animalis diximus et ad hec quod obicitur quod plures sunt stelle et plures imagines in septentrione: videntur esse dicendum quod sunt. vii. stelle quarum virtutes omnes aliae sequuntur que sunt planetae que habent se ad alias sicut aia ad corpus: sicut tradunt mathematici et quod agunt in ipsis virtutes suas sicut aia in corpus: hec autem. vii. maxime sequuntur sole ad eius distantiem efficiuntur directe et stationarie et retrocedentes et occulte sub radiis eius: et orientes ex ipsis: et ideo et omnes stelle sequuntur sole. Solis autem vicinio: via terre est in meridie: et in meridio pars brevia: diametris circuiti differentiis ipsis: et ideo ut opinor: pars meridiana dicitur superior: et pars aquilonaris dicitur inferior: et hec est causa quare dicit Aristoteles est quod mare finit ab aquiloni in meridiem: quia in aquilone propter frigus multipliciter aqua: et diminuitur in meridie propter calorem: et ideo altior et multa aqua descendit ad inferiorem et paucam aquam sicut probabitur in libro metris. Dicitur autem aliquando aliter supremum et infimum celi secundum cursum stellarum et sicut medium celi in meridie vocatur supremum: et medium in emisferio inferiori quod est locus stellae in media nocte vocatur infimum et hoc modo metra: vocant supremum et infimum celi. Est autem dubio de ante et retro quia ista secundum prius habita secundum esse differre non videntur: quia e iii

id quod inferius est secundum ordinem signorum mensurando ab oriente in occidens continue efficitur superius et habebit oppositum ordinem signorum. Adhuc autem videtur quod ante et retro et sursum et deorsum non sunt in celo: et quod sursum et deorsum sunt principia augmenti: et ante et retro sunt principia sensibilis motus: et in celo nec augmentum esse videtur quod formaliter semper differt ante et retro: et hec ostendit conuersus ordo signorum qui semper est in his duobus stibibus absque omni ambiuitate enim revolutione que est secundum ordinem signorum formaliter differt a revolutione que est contra ordinem signorum: et licet in primo orbe non sic distinctio signorum secundum figuram: tamen in gradibus eius est viri conformis ad vitutem signorum: et in ordine gradu accedit quod accedit in ordine signorum necessario propter quod etiam ostenditur veritas quod diximus in fine. vii. platonum de differentiis formaliter orbis et quod orbis semper formaliter mouetur de forma in formam: et licet materialiter non mutet locum sic etiam materialiter per accidentem sit ante et retro: et ideo formaliter quod forma eius quod est ante semper est alia a forma eius quod est retro: licet materia eius quod est ante sit aliquando materia eius quod est retro: quia illa signa que sunt ante fuerunt retro: et eodem modo: sed tamen revolutione forme sunt diverse. Quod autem dicitur quod sursum et deorsum: et ante et retro sunt principia augmenti motuum augmenti sensibilis: solvendum est dicendo quod non secundum oiam sed secundum que sunt iste differentiae in inferioribus sunt etiam in superioribus: quia cum superiora sint simpliciora quam inferiora: et sunt quasi materia superiorum inferiora oportet quod magis sint multiformia in inferiora quam superiora: et ideo in superioribus que sunt in corporalia sunt ista principia dimensionum tantum: in inferiora autem sunt principia dimensionum et motuum. Et ideo dicitur patet quod etiam a plurimis aspectus qui est secundum ordinem signorum dicitur dexter aspectus enim idem est quod directio sine projectio radiorum: et sive illa sunt in sexta partem circuli sive in tertiam sive in alteram secundum quod vocant aspectum sextile et triangulum: et quadratum: et oppositus semper est duplex dexter: sive sinistralis: et dexter quidem est contra ordinem signorum: eo quod ille est ab oriente ad anteriores partem celi secundum extensionem coaequae superficiem celi primi et dextra versus sinistrum: et sinistrum et dexter quidem est contra ordinem signorum: et secundum emisferium superius: et in emisferio autem inferiore: sive ibi tantum est habitatio ibi orientis est in occidente nostro et occidens in oriente: et ideo ibi iterum radiatio dextra ab oriente in inferioribus emisferii dextrum contra ordinem signorum: et sinistrum ab occidente eiusdem emisferii secundum ordinem signorum: et ex hoc manifestum est quod processus orbis primi est contra processum orbium inferiorum: propter quod diversum ab inferioribus habet dextrum et sinistrum sicut nos inferius dicemus.

Capitulum tertium de diversitate habitantium sub dextro celi et sub sinistro tam secundum orbem superiorem quam inferiorem.

Mpliis autem de dextro et sinistro loquentes non nominamus dextrum aliquius rei nisi significando principium unde est motus localis eius quod est animatum. Si ergo hoc est secundum hoc et principium motus celi superemus esse in parte et loco unde oriuntur stelle fixe: tunc proculdubio id est locus pars est et dextrum celi et locus pars ubi occidentur stelle et sinistra celi et hest locus et pars occidentis motus celi superioris. Si ergo celum incipit revolutio in motu suo ex dextro eius et incedit et revolutio super sinistrum ad id est dextrum ipsius: tunc proculdubio oportet quod superius orbis primi sit polus australis qui occultat a nobis in hac quarta nostra habitationis qui est polus cuius stellas non vi-

demus: et inferius orbis sit polus aquilonaris qui non occultatur a nobis: cuius stelle nunquam a nobis occidunt in hac parte nostre habitationis. Si autem aliquis homo oppositum diceret scilicet quod superius pars orbis esset polus qui non est occultus nobis cuius stelle non occidunt visibus nostris: tunc proculdubio oportet quod motus celi esset a sinistro in sinistrum: quia tunc esset imaginatio prius celi: sicut si homo extensus de polo in polum babaret caput in polo aquilonari: et pedes in polo australi: et faciem ad nostras habitationes: et tunc esset necessario sinistrum eius in oriente: et dextrum eius in occidente: et ideo tunc revolueretur a sinistro in sinistrum: sed hoc nos non dicimus fieri omnino: igitur ex dictis patet quod orbis qui est in polo occulto australi est superior: et si qui habitat in quarta illa que est in qua ta que extenditur a linea equinociali versus in polum australi habitat sub oriente superiori in dextro orbis primi fin motum primi qui est diurnus: et quod nos intendimus hic in habitatione quarte aquilonaris versus in polum australi et in parte sinistra: eo quod omnes a grecia citra habitantes sunt occidentales: et a grecia in indias habitantes in eadem quarta sunt orientales: totum ergo tontrarium est fin motus eius quod dixit pictorras. Dixit enim quod nos habitam in medietate orbis superioris in parte dextra ipsius: et illi qui habitant in medietate orbis australis intra lineas equinoctiales habitant in medietate orbis superioris in parte sinistra. Jam enim per ea que dirimus ostendimus est totum contrarium esse verum licet enim meo indicio nihil de terra habitur nisi quarta superior: terre versus aquilonem a linea equinociali cui respondemus in superiori: et non habitantur: tamen pictorras dixerunt quod tota medietas terre superior: que extenditur a polo versus polum oppositum habitatur: et circa videlicet equinociale versus in polum aquilonarem: et ultra equinociale versus in polum australem ita quod nos circa equinociale habitamus in eam medietatem terrenem emisferii superioris: et illi qui sunt ultra equinociales habitant altam medietatem eiusdem emisferii: medietas autem emisferii non est nisi quarta pars ipsius totius terre: sicut in qualibet re medietas medietatis non est nisi quarta pars rei totius: et pictorras dicit versus polum australem esse inferius et sinistrum huius totius habitationis secundum totum emisferium superius et versus polum aquilonare esse superius: et dextrum emisferii idem vocans extremum quod est habens multas stellas plurime virtutis et sinistrum quod habet paucas: et non accipiens dextrum omnino in vera significacione et si dextrum sic accipiatur videtur pictorras. Adhuc saltem est quod dicit quia maior vis et calor et stellarum est in quarta meridiana cuius hoc sit superius orbis: et probatum est quod in quarta aquilonari propter virtutem solis et planetarum in parte illa: sicut omnus. Si autem non accipiatur dextrum unde est motus diurnus in spacio supremi sed potius unde est motus planetarum in spacio inferioribus: tunc dextrum ei esset in occidente orbis primi quia planetae mouentur ab occidente orbis primi: et eorum ortus ubi est occasus orbis primi: et tunc oportet quod superius orbium planetarum sit in polo aquilonari: et inferius sit in polo australi: et tunc habitamus nos hic circa aquilonem versus polum aquilonarem in medietate superiori emisferii superioris que est pars dextra secundum pictorram: et alii qui sunt ultra equinociale versus polum australis habitant in medietate inferiori emisferii superioris: quam vocat sinistrum pictorras. Cum enim motus orbium planetarum sit contrarius motui orbis primi consequens est ut etiam differentie dimensionum et motus ipsorum sint contrarie differentijs dimensionum et motus orbis primi: revolutio enim planetarum cuius sit ab occidente in orientem contraria est fin aliquem modum revolutionis orbis primi qui est ab oriente

te in occidentem: consequens igitur est q̄ nos qui sumus aquilonares versus occidentem habitantes: habitemus in parte vbi incipit motus planetarū celi: & q̄ isti sint in parte in qua est orizon: h̄ est finitor motus celi planetarū. Est autē dēdū q̄ or̄ & occasus ciui libet celi sīm rei venitācē duplicitē est attendendus. Uno enī modo attingit sīm lōgitudinis motu: & alio mō sīm motū latitudinis & est motus longitudinis dictus in astronomia motus q̄ est super arcum: qui est inter occidentem & orientem. Motus autē latitudinis dicitur motus qui est super arcum: qui est inter equinoctiales & polū circuli signorū & polū mūdi. Sed astronomus aliter sumit lōgitudinē & latitudinem. Vocat enim longitudinem astronomus motum qui est super longitudinē non celi quidez sed climatiū: longitude autem climatiū distinguitur ab oriente in occidente in toto emisferio habitabilis superioris: longitudinē vō vocat latitudinē non celi: sed potius latitudinem climatiū: & h̄ cōsistit ab equinoctiali versus polū aquilonarem in qua nostra habitationis: & ideo nulla est contradictione inter p̄bū & astronomū: sed potius id quod dicit naturalis p̄bus dextrum superioris celi: & superē esse versus polū occultum versus austriū & sinistri eiusdem: & inferius esse versus polū apertū versus aquilonem & intelligitur ex eo quod dicunt astronomi: & similiter verē est intellectus eius quod dicit p̄bus q̄ sīm orbēs planetarū superiorū & dextrum sit versus polū apertū & inversus & sinistru sit versus polū occultum & h̄ est per dictū astronomoz. Sicut enī dicimus longitude celi que est latitudine climatiū principiatur a polo: motum autē illū aut accepimus in stellis aut in ipsa substantia orbis: et si accepiam usum eum in stellis absq̄ dubio compertū est stellas moueri a polo meridionali versus polū septentriōnalem: in quibus licet centū annis gradu vno & parum plus: & cum dextrum sit vnde incipit motus erit dextrū stellarū in parte celi que est ad meridiem: & superiorū celi erit ibidem sīm dimensionē longitude celi: & ita intellegitur q̄ Aristo. dicit q̄ habitatores in meridie habitant in superiori orbē stellarū fixarū & dextro: & illi qui sunt in aquilone habitant in inferiori eiusdem partis in parte sinistra earundem stellarū. Si autem nos referimus motum celi ad ipsam celi substantiā: tunc absq̄ dubio incipit motus ab oriente & girat per occidens: & tunc habitatores in austro vel in aquilone nō sunt in dextro celi neq̄ in sinistro: sed potius habitatores in oriente sicut indi sunt in dextro habitantes in occidente: sicut hispani sunt in sinistro: & habitantes in austro sunt in superiori: & habitantes in aquilone sunt in inferiori. Similiter autē duplex est motus planetarū: quia planetē descendunt ab aquilone & ascendunt ad meridiem & figurantur lumine & effe-ctus eorū quando ascendunt & diminuuntur quando descendunt: & ideo superiorū orbū planetarū sīm suam substantiā est versus polū aquilonarem in circulo solstitiali & ab illo est motus inceptionis motus stellarū planetarū sīm motū qui est latitudinis climatiū: & ideo quo ad stelle motū est ibi dextrū eius: & sinistru eius est in circulo solstitiali australi: qđ propter h̄ habitatores in aquilone habitant in superiori circuli planetarū & in dextro planete: et habitatores etiā in australi parte habitant in inferiori circuli planetarū & in sinistro planete. Si autem motus referatur ad substantiam orbis deferentis planetam: tunc ortus planete est a plaga mundi occidentali: & ibi est dextrū eius: & occasus planete est a plaga mundi orientali: & ibi est sinistru eius: & sīm nec in austro nec in aquilone habitatores sunt in dextro vel sinistro orbē planete: sed potius habitatores in plaga mūdi occidentali sunt in dextro: sicut hispani: & habitatores in plaga mundi orientali sunt in sinistro: sicut indi & ethiopes: & iste est verus

intellectus eius quod dixit Aris̄t. & Pitagoras: & illud qđ prius diximus dictū sicut sīm Alexandrū & Temistū & alios quosdam de schola pipathericō. Cum autem in viii. phisicorū probatum sit motorem esse in celo primo sīm circulum equinoctialel maxime eo q̄ iste velocissime sit motus in motu diurno videbitur forte alicui mirabile quomodo ponimus diversa principia sīm longitudinem & latitudinem & profunditatem celi: quia sīm ea que dicta sunt in viii. dicitur vñus & idem esse motū principiū sīm q̄ est mobile influens motū celo & in circulo equinoctiali: & si principiatur motus celi principiari videbitur a dextro circuli equinoctiali: & non ab aliqua parte. Sed ad hoc soluendū dico q̄ preter primū mobile est in quo motus est vñus tantū: in omnibus alijs mobilib⁹ sunt motus multi etiam hoc est in omni sp̄era stellata: sīne habeat stellas multas sicut firmamentum: sīne habeat stellam vnicam tantū: sicut sp̄ere septem planetarū: & h̄ quidem nos ostendemus inferius. Ita autem determinatio differentiariū sic precise est sīm sp̄eras stellatas sīm duplicitē motū earum. sīm motū quem vocamus lōgitudinis climatiū & quem vocamus motū latitudinis earundē: licet ergo sīm vñus maximus circulum & velocissimum maxime influat motū orbi motori ipsius: nihil tamen prohibet diversas esse aptitudines & ad recipiendum motū: & motus principium in quolibet co-pore celi: & sīm istas aptitudines & ut ita dicam idoneitatis ad inchoandā partem & locū vñ est motus differentie phīcē in orbibus distinguuntur. Sic ergo per ea que dicta sunt determinate sunt longitudines partium celi: & loca celi determinata a quibus incipit motus celoz per quas regirat partes: & que per loca tam sīm orbem stellatum superiorem q̄ secundum orbēs inferiores planetarū.

Lapitulū septimū de causa finali propter quā celoz motus oportet esse plures.

b Is autem determinatis inquirendum videtur de his que sīm nature consequentiā remanent quasi principia ex ipsis. Cum enim dextrum & sinistru determinata sunt diversae modetam in vno orbe q̄ in orbibus plurib⁹ consequēs est ex isto plures esse motus celi: & pluralitas autē hec nō causatur ex contrarietate formarū celi: ita q̄ plura sunt mobilia contrarietate formarū differentiae: sicut multa sunt clima: quia in prehabitis multotiens determinatum est q̄ vñus motus circularis non potest esse contrarius alijs motui circulari per formam sui subiecti: & ideo cū motus superiorū sunt multi: tunc inquirendum est de causa finali propter quā sunt multi: & in quo subiecto: et cui fini facti sunt motus circulares multi. In superioribus enim promissimus q̄ vellemus laborare in inquisitione motū celoū. Est autem p̄notandum q̄ cum nos inuestigare volumus causam finalē: & duplex est finis in se: & in alio: nos hic volumus inuestigare motuum istorum finem nisi qui est in alio & non in seipso: & vt intelligatur: dicendum est q̄ finis in se vñiuscūs rei est actio essentialis ipsius: & hoc est esse sīm quod esse dicit sue essentie actum: prout esse est actus entium: & vita actus vniuersitatis: & sentire actus sensibilium: & intelligere sive intellectualiter vivere actus intellectualium: et hec actio est simplex: & in nullo alio recepta: finis autē in alio est actio entis: p̄ut sit passio in passivo suo p̄prio qđ recipit actionē eius: & ille finis est effectus essentialem agētis in aliud cui largitur esse sūmū quantū ipsū: possibile est recipere ab ipso: actus enī actiorū sunt in patientibus & dispositis qui nati sunt recipere actiones eoz. Diversimode autem



attribuuntur isti fines rebus eternis: et corruptibilibus quo
nam incorruptibilia in suo esse sunt perpetua per natu-
ram: et ideo habent in seipso esse diuinum nobilium omni-
esse corruptibili: et cum nihil sit propter ignobilium se:
non possunt esse talia perpetuo adesse causati extra ipsa
nisi in alio qui est finis secundarius: et vocatur finis ope-
rationis eorum et non principalis: et ideo cum dicitur quod celo
motus est propter esse perpetuum quod quidem est in ipsis est il-
le finis per se: et cum dicitur quod est propter generationem in-
teriorum est iste finis secundarius et non principalis. Cor-
poralia autem non habent in seipso esse diuinum: sed poti-
us in generatione: et ideo quodlibet ipsum extra se habet no-
bilis esse: et hoc ab aliis dupliciter considerantur. Cum enim
queritur propter quid est homo: dicitur quod propter esse quod
est ut actus essentia: propter hoc enim accipit forma homi-
nis ut augeat in ipso actum esse hominis: cum enim homo
sit completus est ipse per se propter divisionem et mul-
tiplicationem huius esse quatenus diuinum esse per genera-
tionem participeret: et sit actu ab ipso quod est generatio eius opti-
mum secundum naturam: et propter illud est in fine principali et
non secundario: licet quo ad esse individui sit propter se-
ipsum: esse autem individui est defectiu et non completu:
et ideo est quedam conuersio inter hos fines. Omne enim
quod habet finem in seipso: habet etiam finem in alio: sed
completio: est finis in seipso quod in alio: et ideo finis in alio
est propter finem in ipso in talibus: quia est diuinum quod ha-
bent talia perpetua in seipso non est vacuu et ociosu: sed
potius plenus et fontale et effluens et largu: et ideo non est
contentu in fine in seipso: sed procedit potius quodammodo
processionis in aliud quodlibet quod receptibile est sive bo-
nitatis: id autem quod habet finem in alio necessario etiam
habet finem in seipso inferiorum et ignobiliorum: sicut diximus
superius. Sed tamen finis in alio necessario proponit se-
bi finem in seipso: eo quod diximus sicut in fine secundi physis
posteriori et posito necessario ponitur prius: sed habens fi-
ne in seipso non eadem causa ponit finem in alio: quia non
sequitur quod priori posito ponatur posterius nisi ratione ma-
terie alicuius specialiter et hoc est in perpetuis: quia ideo po-
steriora sua ponunt: quia vacua in seipso remanere non
possunt. His autem habitis notandum est quod celestes motus
possunt probari plures ex priori fine et ex posteriori. Si
enim queratur quare celi motus sunt plures: potest dici quod
motores superiores in se perpetui: eo quod non occiosi perma-
nent motum influunt suis mobilibus perpetuum: et quod mo-
tus distat longe et prope a loco mobili uniusmodi in sub-
iectis diversis: ideo diversa sunt elementa secundum calidum
et frigidum: et humidum et secum: et quod diversa et contraria sunt ele-
menta per actionem et passionem: necessario fit generatio et
corruptionem: iterum econversio et queratur quare motus supe-
riorum sunt diversi: Responderi potest quod quia est generatio
et corruptionem oportet esse generata et corrupta: et quia sunt di-
versa generata et corrupta oportet esse motum que diversi
modi accedens et recedens: facit contraria generata et corrup-
ta simplicia: et quia motus est diversus oportet esse mouen-
te perpetuum: et quia mouens est perpetuus in mouendo: oportet
cum esse perpetuum in esse largo et fontale: sed prima
via ex prioribus est simplicior et partius ad diuinum: et
secunda via est ex prioribus secundum sensum et pertinet ad hanc
scientiam: et ideo secundum illam hic procedemus dicentes: quod causa
multitudinis motuum ista est: quia non sequeretur genera-
tio quod est opus pueniens ex multis motibus superiorum
et precipue ex obus qui sunt motus primi mobilis qui
vocatur diuinus: cuius destruens est in oriente mundi et
motus circuli obliqui qui dicitur signorum circulus cuius de-
struens est in occidente mundi. Ad hos enim duos motus
omnes alii corporum superiorum motus referentes. Sicut enim
diximus omnis cuius est operatio aliqua per se est essentia
liter est propter illam suam operationem secundum quod operatio et actio
eius essentialis secundum quod manifestat nomine actionis: quod actio

est operatio actus hec est forme essentialis et naturalis per
sed tamen ut dictum est operatio aliquando est operatio so-
la quod est finis in se: et aliud est operatio quod finis est in aliis:
operatio enim rei diuina est perpetua et permanens est placitatis
et permanentia in esse: quod est actio essentia permanenter: et hoc
est vita sempiterna in seipso: et quia non est ociosa et va-
cua sed fontalis et larga hec vita in moto primo qui est
imobilis omnino: ideo oportet quod operatio eius in alio quod
est secundum proprium sit largitatis motus sempiternus
secundum omnem temporis et secundum naturam ex parte celi non est de-
fectus: ut ostendimus in viii. physis: secundum enim est
perpetua secundum eundem modum perpetuitatis: quia corpus
est spirituale subtile rotundum motum motu circulari sem-
piterno. Hoc est ergo una causa motus et accidentis et re-
cedentis in orbe rotundo que accepta est ex ipsa largitatem
motoris. Possumus autem ad eandem causam venire incipi-
endo ab effectu eius in corporibus inferioribus. Repete-
mus ergo questionem querentes quare motus celi non est
factus unius sed plures: ut diximus: dicas igitur quod causa di-
uerteris motum celestium est accepta ex generationis multi-
plicitate: et hoc ut videamus melius indecemos ab his
que exiguntur ad motum circularium dicentes quod scit in li-
bro de motibus animalium est probatum: nullum corpus mo-
uet circulariter nisi mouetur super aliud corpus stans
quieti: quod si moueretur non posset moueri circulus in lo-
co uno permanens. Curtius enim imobilis hec ad minus
addit super virtutem circuli moti. Nulla enim partium corpo-
ris rotundi circulariter moti permanet stans fixa et in mo-
to: poli enim qui videntur stare: sicut diximus superius
in loco suo mouentur: licet non transire de loco ad locum:
vel de situ ad situm. Similiter autem manifestum est: quia cor-
pus circulariter motu non est de natura eius corporis quod
figitur in medio sui: eo quod nulla pars circulariter moti de-
scendit ad centrum quod absq; dubio saceret si esset de natura
gravis quod figitur in centro contra quod mouetur circu-
lus. Si enim aliqua pars ipsius moueretur ad medius:
cum idem sit motus totius et partis in omni corpore simpli-
ci: tunc oportet quod toti corpori celesti naturalis esset mo-
tus quod est ad medium. Nos autem iam demonstravimus in
physicis quod corpus celeste totus mouetur motu circulari na-
turaliter: quia si dicaretur contrarium illius: quod scilicet circu-
laris motus esset ei accidentalis: non posset circularis mo-
tus esse sempiternus: eo quod nibil eorum quae sunt accidentia
lia et extra naturam possit esse sempiternum: sicut superius in
primo libro demonstravimus. Res enim accidentalis que
est violenta et communiter accidens et non accidens proprium
est post naturale: quia non accedit alicuius tale accidens nisi
per recessionem quandam a natura et virtutibus naturali-
bus. Reuertamur ergo ad propositum dicentes quod si est ne-
cessarium ut quod mouetur in motu circulariter ut mouatur su-
per rem stans et quiete: tunc oportet aliquod corpus que-
rum et fixum esse in centro: et hoc procul dubio non est nisi ter-
ra: sicut per sensum probatur: quia terra videtur in me-
dio quiete: hic igitur supponatur hoc: in futuro enim in
sequentibus istius scientie demonstratione adducemus
de natura terre et de natura reliquorum elementorum: et loqui-
mur de ipsis cum intentione exposita: iterum autem pre-
cedentes ex illo dicimus quod quando unum contrarium est
in natura: oportet etiam ut aliud sit in natura cum forme co-
traria: sunt ambo existentes. Quoniam enim contraria sunt
fieri circa eandem proportionem habent ad esse contra-
ria: et ideo si unum est in natura: oportet et reliquum esse in na-
tura. Huius autem est et alia ratio: quia enim omnis con-
trarietas habet in se aliquid de habitu et privatione. Si
contrarium quod est per medium privationis ponatur: oportet
quod et illud quod est per modum habitus ponatur: quia
habitus est ante privationem secundum naturam et dissipationem
et hoc modo se habent calidum et frigidum: quies autem
et grauitas et frigidity dicuntur per privationem levita-

tis et motus et caliditas. Conveniunt autem terre quies et gravitas et frigiditas: et igni conueniunt mobilitas et lenitas et caliditas: ergo oportet quod quies sit ante terram et de motu quidem et quiete dicantur: ut priuatiot habitus est planum caliditas et frigiditas: et sic aliquo modo opponuntur: cum motus sit causa caloris in subiecto quod est virtusque susceptibile: et hoc videmus quod ignis motus excita tur: et non motus extinguitur. Cum igitur frigiditas pri uet motum et stat cu[m] erit ipsa per hunc modum priuatio calidat[ur]. Si autem etiam opponatur leue et graue: quia unum ex priuatis motu propter quod in primo pigeneleos dicitur: et generatione ignis ex terra generatio simpliciter est corruptio sibi quid: et generatio terre ex igne sibi quid: et corruptio est corruptio simpliciter: sic igit[ur] habitus quod necessario sunt ignis et terra. Redibimus et inueniemus necessitates existendi media elementa. Cum enim sint extrema absentia contrarie tate in una qualitate: oportet esse per generationem ab illis media que cum his habent contrarietatem perfectam: sicut contraria aer ad terram: et aqua ad ignem: hoc igit[ur] ita esse ut diximus supponamus quod in sequentibus librorum naturalium et proprie tie in secundo pigeneleos de his inquiremus sufficiens: hoc enim bic non induxit nisbi ut ostendam ex habentibus contrarietates prius corporibus necessariam esse generationem. Non enim possibile est aliquando distincte contrarietatis in seipsis sibi esse fixa manere: cum contraria se tangantia et agit intuicem et patiantur continere ab intuicem: et per hoc continueri corrupti se ad intuicem et generentur mutuo ex intuicem: cum corruptio unius sit generationis alterius. Quia autem huius diversae generationes et passiones est accessus generantis et recessus sibi circulum: motus autem circularis non potest esse perpetuus nisi mobile suum sit perpetuum: et est contumeliam in illo: quia etiam si mobile sit perpetuum: et est etiam motus perpetuus: cum mobile et motor nunquam possint esse ociosi sine motu: ut probatum est in viii. p[ro]b[abil]eis: ergo sic arguendo a primo per sermonem iam habite inductionis necessarium est quod existente circulari motu necessarium est generatione esse: et convertitur etiam ab effectu ad causam: ut prius diximus quod si generatione est necessarium est esse motum circulari afferente et resistenti generatis quod mouet materiam generabilem. Si autem generatione est sicut motu quodam circulari est proprie tie in simplicioribus corporis generatione quodlibet generans ex altero: tunc queramus utrum generatio sit una vel sint multe. Si enim est una: tunc non est corruptio sed generatio unius et eiusdem: et hoc est si causatur generatio ab uno motu simplici eodem modo se habente. Si autem multe sint ut oculis vide mus: quod idem quod generatur aliquando corruptitur et generatur aliud et diversum ab alio: oportet quod h[ab]eat causam a motu circulari diversimode se habente: et ille est circulus obliquus qui dicitur signum in quo sol est qui est principale generans: accedit et recedit: et accedit facit vincere elementa superiore et super inferiori: et recedit facit vincere inferiora super superiora. Si enim sibi dispositionem motus celestis est dispositio elementorum ad intuicem necessario: hoc autem in sequentibus libris scientie naturalis ostendam illud ostensione plante et manifestiore quando loquar de perpetuitate generationis in secundo pigeneleos. Nunc enim non intendimus investigare nisi causam finalem propter quam facta sunt circularia corpora multa: et non sufficit revolutione unius causarum illam assignantes dicimus quod non sunt facta multa nisi propter generationem: non enim potest generatio impediri: generatio autem non est nisi existens per primis generalibus que sunt ignis et reliqua elementorum: elementorum autem existentia ex motu circulari. Non enim sicut esse terre necessarium nisi quod oportuit motu circulari habere corpus naturale quod esset centrum et r[ati]o quod revoluere quod esset quoddam factum. Sic igit[ur] habitat terra necessario habebit ignis: et habitus his oportuit haberi reliqua duo: habitus elementis consequit generatio: ergo a primo habitu circulari motu sequitur generatio. Sed ne cesset est diversitas generatiois est et aliqua causa: ergo necessarium sicut est per perpetuus aliquis motus diversimode

mouens materiam. Tria enim sunt in generatione quod pri m[us] est continuitas esse: secundum diversitas generationis et corruptio[n]is: iterum diversitas generatorum in figuris speciebus: et prima quidem causa est circulus uno modo motus super materiam generabilem: et ille est circulus habens motu omnium. Secunda autem causa est circulus aliqui austerens et aliqui referens generantia: et ille est circulus obliquus. Et tertij causa est diversitas generantia aliqui distantia: et aliquando non distantia sibi diversos status eorum in circuitis suis: et illi sunt orbis stellarum fixarum et planetarum. Sic igit[ur] in generatione necessario oportet nos habere duos motus quod per unum destrinu habeat in oriente mundi: et alter destrinu habeat in occidente mundi: quibus motibus multa mouentur generationes propter diversitatem figure et forme generatorum: et hoc est quod in capitulo isto intendimus declarare.

Tractatus secundus scilicet libri celo et mundi de figuris et motibus celorum. Capitulo primo quod prima figura est corporis primi.

Cum autem nos in prehabitis libri superioris ostendimus motum celi esse circularis: et ex illo sequatur ipsius celum esse figure circularis. Volumen tam[us] h[ab]et in intentione principali que figura sit apta celo: ut vera causa ei et propria sciatur: non enim sufficit ad perfecte sciendu aliquid concludere: quia est tamen consequens ex quadam alio: sed oportet inuestigare ipsius per causas proprias essentiales. Dicamus igit[ur] celum esse figure circularis et rotundi et dicimus iterum quod figura est rotunda necessario: et diffinio quod illa figura est convenientia et apta substantia celi. Convenientissimum est enim ut figura prima sit corporis primi: ideo quod sibi naturam omnem illud quod est prius alijs sibi substantiarum est primum eiusdem sibi accidentia propria que consequuntur substantiam illam. Est autem perpetuum corpus primum secundum substantiam omnibus generabilibus et corruptibilibus: igit erit eiusdem prius secundum figuram quod est accidentis proprii consequens substantia: precipue cum celum quod est magis formale quam materiale figuram habeat stantem et non mutabilem generabilitate autem ex elementis: eo quod magis sunt materialia quam formalia figurae et formas habeant mobiles: et ita sunt magis elongata ratione prime figure quam perpetuum corpus. Utentes igit[ur] nunc iterum ex propria intentione considerare figuram celestium: oportet nos inquirere quae est prima figuram et superficialium et corporalium. Habitum enim est que prima superficialium habetur etiam que est prima corporum: quia sicut se habent ad inuicem superficiales: ita se habent ad inuicem corporales. Dicamus igit[ur] quod figura omnis superficialis: aut est figura terminata linearis rectis: que vocatur figura equalis superficie: eo quod partium eius non eminet super alteram quam nos plana appellare consueimus: aut est superficies continua linea rotunda que est superficies non equalis: hoc est non plana: eo quod partium eius una eminet ab altera. Non est enim alia figura licet sit simplex: quia illa que continetur linea arcuata et recta composta est ex his que nullam habet rationem primae figure. Sed omnes superficies euales sunt plana necessario pluribus quam duabus linearibus continetur: rotunda vocantur linearum una. Si autem istud est sibi hoc est et unum in omni genere aut multarum prius: eo quod prioritate naturali et simper ante compositionem: tunc procul dubio circulus est ante omnes figuram superficiales: et post eius prioritate naturali. Si autem aliquis dicat quod sicut se habet linea recta ad circularis: ita se habet figura rectangularis linea ad figuram circularis: et quia linea recta est ante circularis: ideo videatur etiam figura linearis rectangularis antecedere figuram circularis: precipue cum euclides in geometria primus agat de triangulo quam de circulo: et corpora triangula vel quadrata determinantur ante corpora sphaera. Dicendum quod non est similis habitudo figure rectangularis linearis ad figuram circularis que est linea recta ad circularis quam linea recta

vni^{us} est forma et linea circularis ouarū est formarū: quia habet formā concavā et formam conneri: sicut diximus in physicis: sed figura rectarū linearū et plurū linearū: et figura circularis non habet nisi vnam lineā se terminantez et concludente, ppter quod etiam euclides dissinuit circulum ante triangulum: sed diversitates et passiones trianguli demonstrantur ante diversitates et passiones circuiti: quia diversitates et passiones circuiti non inueniuntur nisi per passiones trianguli et mensuras quadrati protracti: et ideo adhuc relinquitur circulū ante triangulum esse sicut simplio: eo. Sed forte adhuc obiciet aliquis ostendēs q̄ similitudines circuiti et compositione trianguli nō sunt eiusmē generis: et ideo nō potest probari per simplicitatem et compositionem vni^{us} vel alterius: q̄ circulus sit prior vel posterior triangulo. Si enim resoluatur triangulus in superioribus non resoluetur in circulum vel circulos: sed potius in triangulos: et si resolua in lineas resolueat in lineas rectas et nō in circularibus: Et sic videat q̄ circulus non sit simplex superficies: nec simplex linea vnde cōponit triangulum: sed est alterius generis q̄ nō veniat in compositione trianguli oīno: et ita videat q̄ circulus nō sit simplex pars trianguli: ergo quo ad h̄ nō potest probari esse prior triangulo: sed hoc absq; dubio ostendū est: q̄ circulus nō est simplex ad triangulum nisi aliquis ex compositione: et nō ppriate loquaf sed ratio prioritatis circuiti ad triangulum est ex uno qd est perfectum in compositione ad vnu imperfectum in genere linearū circularium ad figurass in quantum enim linea circularis est perfecta cui nihil potest addi p̄ positione ipsa sola nata est perficere figurā: q̄ si sola nō excluderet figurā: ergo aliqd addi possit: et hoc probatū est in primo tractatu libri superioris. Sed in quaestione linea recta imperfecta est recipiens additiones ipsa nō sufficit sola excludere figurā: et ideo nulla figura ex una vel ex duabus rectis lineis cōcluditur: et quo ad hoc in ratione elementi ad figurā concludendā prior est linea circularis q̄ recta: et ante ipsuz est sicut vnu in esse: et virtute potens cōcludere figurā ante id qd multa est in esse et virtute quādo cōcludit figurā: et sic in genere elementi simplicis virtutis est circuitus et compositione triangularis: hoc igit modo circuitus est an triangulum: et id in sermō vltori dicens: q̄ sicut se habet circulus in superficialib⁹ figuris: ita se habet sphaera in corporalib⁹: ergo prima inter corporales figuras est sphaera superi⁹ autē habitū est q̄ primo corpori debet prima figura corporalis sūm naturā: et q̄ primum corpus est celum: ergo celo debet figura sphaera sūm naturā. Amplius autē cōpletum est ut in primo tractatu prioris libri esse dixim⁹ post q̄ nō relinquit aliquid addendum et extra q̄ nihil est suorum que ad integratē et pfectiōne eius pertinet: talem autē perfectionē linea equalis que recta vocat nō habet: q̄ possibilis est ei additio remanente forma et diffinitione eiusdem speciei recta permaneat: sed linea circulari nihil oīno addi potest ita q̄ remaneat id et forma circuli: igitur linea cōtinēs circuitū rotunda est stans una in sua perfectione. Cū igit ro-tundū sit completū: et in oī genere cōpletū sit an diminutū tum: ppter istas duas rationes anteriores quas induimus circuitus erit ante reliquias figurās superficiales: pēande igit rōnē orbicularū corp⁹ sive sphaericū est ante corpora reliquias figurāz: quia ipsuz solū cōtinēt superficie una: si cut circuitus cōtinet linea una reliqua an corpora linearū equalium h̄ est rectarū continentur superficiebus multisicut figure rectarum linea et cōtinēt linea multis. Duximus enim in physicis: quia in proportione prioritatis q̄ circuitus est in multis figuris et superficialibus: ita est sphaera in multis corporib⁹ rectaz et superficialib⁹ et anguloz. Amplius autē bec demonstrans etiam ex sententiā eoz que resolunt corpora ad superficies diuersas: quoz oppositio nō est vera: sed a nobis in sequentibus improbadā: tamē in hoc verū dicunt q̄ dicunt corpora sphaera ad superficies diuersas nō resolvi. Sumam⁹ ergo sententiā eoz qui cōponunt corpora ex superficiebus et resolunt ea ad ipsas: tunc videamus q̄ testificatur id qd diximus. Ipsi enim soluz corpus orbicu-

latū inter oīa reliqua corpora nō resolui dicunt ad superficies: ideo q̄ nō inveniuntur superficies multe sūm principia superficiez et formaz: sed tñ vna que est vni^{us} principiū q̄ est linea una et vnius formae qm̄ formē rotunde. In oībus autē alijs corporib⁹ angularis inveniuntur superficies multe sūm principia vel forma vel vtrōq modo qm̄ triangulū corporū non potest resolvi in superficies multas sūm formā: q̄ omnes sunt triangulares: sed resoluit in multis superficies: quarū quilibet est a multis lineis principiata et terminata. Omne autē aliud corporis quadratum vel pentagonū: et si deinceps resoluitur in superficies plures: et plures scđm formā et plures sūm principia: ergo quo ad illos etiā corporib⁹ sphericis simpliciis est corpore triangularis superficii. Non enī est eadē sententia corpora resolutū ad superficies: et eoz qui dicunt resolvi corpora in corpora atbonalia. Illi enim qui resoluit corpora ad superficies non resolunt oīa corpora: sed tñ illa que plurū sunt superficies sūm formā et principia figurarū vel sūm principia superficiez tñ sicut diximus. Qui autē dicunt corpora quadrata resolvi ad atbona: oīa corpora tam sphaera qm̄ alia talem dicunt habere resolutionē: eo q̄ ex talib⁹ atbonis corporib⁹ a cōponantur. Jam igitur discedū est tribus rationibus q̄ figura corporalis orbiculati est ante figurā reliquo corporib⁹ prior eis sūm naturam. Amplius autē figura corporis sphaericā etiā in ordine et in compositione sub termino diffinitio quo cōponitur ei⁹ esse est ante reliquias figurās corporib⁹: et h̄ planū erit per similitudinem loquēdo: licet non ita sit sūm esse: naturā. Sicut enim in numero vnu est ante duo per ordinē numeri et per diffinitionē: q̄ cuz vnu diffinitur non ponit in diffinitionē eius numerus. Cū autē diffinitio numerus ponit in diffinitionē eius vnu: q̄ numerus est multitudo aggregata per vnu: et similiter vnu est simplex numerus cōpositus ex uno: ita per similitudinem quandā loquēdo orbis est linea una que est principiū et terminus superficie continētis orbē et triangulus h̄ modo est linea due que sunt termini cōtinentes et principiantes superficie continētis triangulare corporis: licet enim nulla una superficies duab⁹ lineis posse cōcludi sive contineiri: tñ omnes superficies planā principia ex duab⁹ lineis quaz una est principiū eius et altera finis. Si enim una linea moueri intelligat sūm punctū unū reliquo imobili existente ex motu illius necessario causat triangulum: et tūc tota exparsio superficie erit inter duas lineas et tertia linea causat ex fluxu puncti linea: et sic intelligatur q̄ triangulus est due linee secundū compositionē enim et generationē trianguli est h̄ modo due linee: quarū una est unde fluit exparsio superficie: et altera ad quam terminat. Si autē intellegat linea moueri sūm vtrōq punctū: tunc necessario constituit quadratum: cui exparsio tota generatur infra duas lineas: et due reliquie lineae a fluribus duorum eius punctorum pducuntur: et sic intelligit in scđo euclidis: q̄ omne quadratum infra duas lineas intelligit contineri: et ab una linea principiari sicut et triangulū: sed altera parte longius necab una principiari nec infra duas lineas continetur licet sub duabus aliquando possit: tñneri: et būnūmodi cā pertinet ad geometriā. Satis autē de ipso dicto est quātū spectat ad hanc intentionē. Sicut igitur vnu est an duo prius eo sūm ordinē numeri in cōpositis: sic erit figura corporis orbiculati ante figurās corporib⁹ reliquo: licet non ponit omnia sit simile: quia vnum in numero intrat in numeri compositionē et diffinitionē: id autem qd est vnum in sphaericā nō intrat compositionē angulost nec diffinitionē eius: et ideo hec ratio est persuasio ad similitudinem accepta et nō adeo firma sicut p̄s inducit: sed potius inter rationes inducas est secunda: et post hanc p̄ma. Ex his igitur sic probatis procedentes dicimus q̄ si h̄ scđm naturam corpori primo debetur figura prima: et corpus primum celum quod est in orizonte motus universalis q̄ orizontem accipiam⁹ vrum et naturale sicut enī diffiniūmus: tunc p̄cūl dubio oportet q̄ corporis celeste totū cuius est naturalis mo-

tus circularis primae figure quod est sphaera et rotunda. Et corpus ipsum quod non loco tamen sed natura corporis primus est: et hoc est totum corpus quinte essentie quod est potentia infra sphaera supremam et concreta ignis. Si autem hoc necessario oportet esse illi: tunc necessario sequitur quod corpus quod sit locatum in ipso sit etiam rotundum: et hoc est ignis: quod cum localis et locatum sit eiusdem figure: oportet quod corporis locatum in concavo corporis rotundi sit concretas rotundas necessario: eadem autem necessitate corporis locatum in concavo ignis sicut aer est rotundus: et similiter aqua que locata in concavo aeris et terra eodem modo locatur in concavo quod aeris aque sit: ergo corporis quod est in medio est rotundum: et quod omnia coponentia medium corporis sunt mediare sunt immediate continue sequentia vel sequitur ad corporis celum quod naturaliter rotunda est: sunt rotundas necessario: sed est differentia inter hoc et corporis celeste essentialiter: et per se rotundum est: et ideo habet motum circularem: sicut diximus in primo libro scientie huius. Corpora autem elementalia sunt rotundas per accidens: et hoc ideo: quod locantur in rotundo et sunt recta per se: et ideo habent motum rectum. Dubitabit autem forte aliquis et dicet quod quidam necessarii est quod corporis quod per accidentem rotundum est esse rotundam concretatis: et hoc quod locatur in rotundo concavo ei quod per se est rotundum sed non propter hoc necessarii est: quod idem corporis quod per accidentem habet rotundum concretum: habet etiam rotundum concavum: et sic ultra non sequitur quod locatum in ipso non habeat rotundum concretum: et ideo forte aliquis crederet non esse necessarii quod aqua terra et aer sunt rotundae concretatis et concavitatis. Sed ab omnibus quod absque dubio quod ignis rotunda concretatis est per accidens: quod si locatur in corpore quod per se rotundum habet concavum: sed quod leue per omnes partes equaliter mouet sursum ad concavum omnibus lumen: ideo necesse est quod per omnes partes equaliter recedat a medio: et ideo necessarii efficiuntur ignis rotundae concavitatis: et per accidentem efficiuntur aer rotundae concretatis et motu suo ad ignem et equaliter ascensum a loco aquae et terre efficiuntur rotundae concavitas: et in illo loco aqua rotunda accipit concretatem et per descensum equaliter a loco ignis et aeris efficiuntur rotundae concavitatis: terra autem rotunda est in centro: tum quod locata in aqua concavum quod vndeque equaliter a circuferentia ad centrum descedit. Si ergo res ita se habet et corpora elementalia que sunt sub orbibus et omnibus rotundis planetarum sunt rotundae: sicut diximus: et ita in omnibus continueretur habet ad motum vel sequitur quod motus primo motu qui est diurnus: tunc totum universum si est rotunda figura eo quod totum universum non constat nisi ex ipsis. Dia enim simplicia corpora elementorum tangunt continentem orbem planetarum: et omnes planetarum tangunt se mutuo vel sequitur ad sphaera stellarum fixarum et sic continetur vel sequitur ad orbem ultimum: ergo ab ultimo vel sequitur ad infinitum descendendo omnia sunt rotunda corpora universalia et per se et per accidens: hoc est quod volumen demonstrare.

Capitulo secundum in quo probatur celum esse sphericum per rationem illam qua probatum est quod extra celum non est locus aliquis. Demum autem demonstrabatur et viuu et ratione sphaericam motus per compositionem ad locum in quo mouetur: i. e. aut aliqd videtur et cadit sub oculis in pblis eius: tunc est notum et ostensum non indigens ratione: Videlicet autem oculis quod figura universalis est rotunda per hoc quod omnia celestia videtur moueri ab eodem in idem sicut in motu reflexionis: hoc enim est non potest ex alia causa: nisi quod celi continens totum est sphericum. Uniplanum autem in pblis in primo libro ordinatus per demonstrationem rationes quod extra orbem ultimum neque est vacuum neque plenum neque universali locus: huius autem veritas saluari non potest nisi orbis supremus sit rotundus: deinde enim orbem ultimum esse continentem infra lineas rectas: tunc erit necessario figura angulosa: tunc per pulchritudinem sequestrum extra vacuum et inane et corporis esse et locum. Nos enim diximus in iiii. pblis quod locus est imobilis: sed motus est ad ipsum et ab ipso: et tunc locus est finis actu quo locat corporis per potentiam: aut quod non habet corporis: et tunc non est finis actum superfcies corporis continentis alicui corporis. Hoc ergo plausibiliter dicimus quod figura rectangulus linearum angulosum quod mouet circulariter dilatant anguli eius plus a centro quam la-

P Ostiū autem perscrutati sumus de oībus antecedentibus corporis primi scđm suam totalitatem sibi puenientibus: conueniens est de partibus eiusdem facere inquisitio nem: & quia pars nobilior est stella per quam cognoscimus totum q̄ scimus de corpore primo eo q̄ sol⁹ stelle motus & sicut ipsa sub visu cadunt & reliqui orbis non stellarum non est comprehensum nisi per rationem: ideo primo loquendū videtur de stellaris eo quod tractatus de stellaris erit nobis via quedam ad cognoscendum particulares orbes in quib⁹ sunt stelle: queramus autem tria de stellaris: de natura stellarum & de cuīs natura corporis sint: de figuris earum: & de motibus ipsarum: de his faciemus tractatum vnu spiciale: inquirendū autē de natura stellarum necessariū est primū accipere & presupponere ea que determinata sunt: & hoc est vnum illoꝝ vt confessus esse ponamus om̄neꝝ stellam esse de natura eiusdem corporis in quo loco sunt & in toto mouentur. Dirimus enim in p̄habitatis necessarioꝝ esse corpus quinte essentie quoddā distinctum in natura. i. a. iii. corporibus simplicibus que sunt elementa cuīs naturalis motus est motus circularis & cum in simplici corpos idem sit motus tertius & partis: oportet q̄ stella q̄ est pars quinte corporis si etiā de natura quīt corporis & non de natura alicuius elementi. Quod enim corpus sit de natura eius in quo est sicut in toto & in loco concorditer dicunt nobisc̄ antiqui: q̄ tamen nō habent quare celum igneum esser: nisi quia videbatur eis stellas esse igneas propter lumen & calorem que deprehenderunt in ipsis & cum eadem sit natura totius & partis dixerūt totum celū esse igneū: & tunc conuerterunt hanc propositionem & dixerunt omnē partem simplicis corporis esse eiusdem nature cuīz toto in quo est pars illa sita & sita in hoc igitur cōcordantes cum eis dicimus stellas esse de natura quīt corporis quia sita & sita in corpore quod quīte nature superius esse probauimus: petimus hoc enim supponi stellas esse partes hui⁹ corporis donec inferius hoc probemus: in capitulo vbi de motibus stellarum inquisitionē faciem⁹: caliditas enim & lumen deprehensa in stellaris non sunt causae quare debet dici ignee: quia caliditas non semper pueniat ex hoc qđ esse naturalis est calidū tñ aliquando pueniat ex motu & aliquando ex reflexione radiorū ad locū vnuꝝ sicut apparet in speculis cōbūrentibus in libro quez enclides de talib⁹ speculis in sua perspective ascripsit. **C**ū tamen motus & radij & lumen non essentialiter sint calidi propter hoc antiqui fallaci & non cōvertibili crediderunt signo. Nec sicut signū sufficienter indicēs ad hoc dicendū q̄ stelle essent ignee que sunt luminose qđ multis corporibus nō igneis lucere accedit sicut apparet in quercu putrefacta & igni accedit non lucere sicut simplicior & purior est sicut cōtin-

regiōe iuxta ethiopiam vt dicit alixander de hoc aliib⁹ sumus perscrutati fallaci ergo signo credentes dece pti sunt stellas igneas esse asserētes. Sed obicit aliquis forte dicens scđm platonem: omne quod generatur a sibi simili specie vel genere generari. **D**icit autem & lumen non sunt similia genere vel specie calori & ideo non deberi generari calorem ex motu vel lumine sed potius calorem debere generari a corpore essentialiter calido & cum ex stellis calor producatur natura stelle esse naturaliter calide: cum autem calidum corporis essentialis non sit nisi ignis videtur stelle esse ignee: forte autem eodeꝝ modo dicitur de lumine eo quod vbi ignis secundū suam perfectionem est ibi luct ut dicit plato & ideo erat per simū etiam stelle ignee videbuntur quia & quidam corpora luceant non ignea non tamen non lacent sine igne & ideo id quod mitat in eis est ignis vt vider. **S**ed dicendum ad hoc videretur quod cum dicitur id quod generatur a simili sibi scđm spe ciem vel genus generatur: hoc est dicendum de generatione substantiarum & accidentium quia quidam substantiarum habent generans vniuersitatem sicut cum homo ex homine generatur & tunc generatio sit a sibi simili secundum speciem: quedam autem habent genera equinorum sicut cum virtute stellarum & putrefactis p̄ducit aialia & illa h̄nt pueniens in genere ex quo generatur ita quod genus dicit subiectū propriū & proximum in generatione hec enim est semper conueniens generatio & ipsius & generatio virtus formantiua ēē in ipso. Cum autem accidentia generantur quorum non est per se & proprie generatio non oportet ista saluari quia videmus nigredineꝝ aliquando generari a calido aliquando a frigido cum igitur calor sit accidentis sicut lumen: non oportet hic a sibi similibus spe vel genere produci si tamen vel lumen possemus dicere q̄ cum dicitur quod cuīz generatur omne productum ex conueniente sibi scđm speciem vel genus. Intelligitur ibi genus id quod est generale scđm idem subiectum & scđm hoc accidentia & proprietates semper se cōcomitantes in eodem subiecto vel frequenter sunt p̄tradicitoriales et habentia genus vnum: & sic possemus dicere quod motus est de genere ignis quia cum motus & ignis sint in eodem subiecto susceptibili vtriusq; tunc motus confortat vel inducit calorem quia videm⁹ q̄ in igne moto quasi ignoratur calor: & in igne quiescente extinguitur: sed tamen motus nō habet vbiq; inducere calorē sed potius in corpore quod dissolut motus per cōficationem partis ad partem: propt̄ hoc enim q̄ dissolut partes eius rarefacit eas & disponit ad ignem & calorem & cum dissoluuntur ultra quam debitz sit forme aeris vel aque vel terre tunc dispositio sit necessitas & inducit ignitatem quād autem motus est in subiecto q̄ dissolut potest per motum tunc non inducit calorem neq; ignitatem & tale corpus ē celi sicut probat̄ est in libro superiori & si queratur quis est ille motus qui sic dissolut in dicendo calorem facile est respondere quoniam nō est nisi motus localis eo q̄ ille solus est dissoluturus eius q̄ monetur si hoc dicatur motui tunc dabitur maxime motui qui est quasi vita quedam existentibus omnibus & ille est motus celi sicut probat̄ est in viii. physicorum: & propter hoc etiam vivificativa qualitas est calor: & mortificativa qualitas ē frigida quia frigiditas abscondit & sistit motum in eis que sunt frigida: de lumine animalium probat in secundo formaz & nō corpus esse sc̄iss est: quia ab illoꝝ dubio ignis in sua maxima perfectione existens nō lucet & ideo lumen non est de perfectione eius quod est essentialiter calidum nisi nos dicamus: lux dici-

dupliciter ad illud quod habet actum lucis & ad illud quod habet naturam lucentis licet per accidens non luceat. Natura enī lucentis habet eē d' yassanū perspicuum & purum. S; aliquando non luceat propter nimiam raritatem non disgregantē partes eius q̄ ita visus non potest figi super ipsas: & sic forte intelligit Ar. in cap. vbi dicit q̄ tres sunt sp̄es ignis. s. carbo: & flama: & lux: vt forte loquuntur in corpore de igne p̄ ut est materia aliena & vocavit sp̄es eius differētias materiales ipsius: qz ignis i terrestri combulso carbo est: in vapore aut qui quasi medius est terrestre: & aqueum: & aereum flama: & in aera lūr esse videtur: & quocūqmodo dicatur patet satis q̄ lux non est proprietas ignis: sed potius cōis forma celestī quoādam: & quoādā terrestriū que forma accidit mate rie antēq adueniat ei qualitas elaris: & iō non ē que niens propter h̄ stellas dicere igneas que luent se cundum actum.

Capitulum iij. de causa caloris in regione aeris que dicitur estas.

Allitas aut sp̄aliter: que est in regione illa aeris: que dicitur estas in qua apparet a stab: & metet absqz dubio puenit ex stellis & lumine: & motu: sicut enim iā dirimus ca liditas peruenit et fricatione: & motu: & percussione aeris de aptitudine enī aeris motus est q̄ et corpora spissa: & per naturam frigida calefacit: & vt ferrum: & lapides: & si ita se haber motus ad h̄ corpora vt dictum est: tunc multo magis ignet ea que sunt magis spissa: & sibi magis propinquia: sicut ē superior ps aeris que coniungitur igni: & ideo cō motus superiorum corporū marinoꝝ tangit materialē elarem in hoc q̄ vicinissimum sibi est inducit formā ignis: & in eo q̄ post illud est inducit estum magnū relinquendo ipm in forma aeris signū veritatis eius q̄ motus ignis corpora grossa & spissa est q̄ videmus in astula plumbata plecta ex arcu sagittarii fortiter phicentis in illa enī calefit plumbū ita q̄ liquefcit: & distillat d̄ astula. Redeamus igitur ad aptantes h̄ ad ppositum dicentes q̄ prime stelle ppter fortissimum motuz suuz eracuitur: & ideo igniri dicuntur p̄ eo q̄ ignis materialē quam fortiter mouent: & ideo ex motu eoz ignis aer qui vicinior est in circuitu per quem aeris q̄ ē vicinus circa stellas. Iste aut stelle per effectū dicūt igniri non ob aliud: nisi quia ipse incedunt per motum suum in aere non quidē ita q̄ aer sit locus eoz. Sed ita q̄ motus eoz effectum suū extendit ad aērem: & ideo motus eaz per effectum est in aere & aer ille quando moneat ab eis ppter motū: & lumen earū fit ignis: & ideo etiā stelle iste igniūt: h̄ est igniri dicuntur ab aere non quidē succeditur: s; ideo q̄ cōūcant aeri ignis p̄prietates equiūoce: qz h̄t eas: vt agentes: & aer h̄t eas: vt patientes: & hoc modo cale fuit: sicut dicunt mar's calefieri: vt alia stella calida & ille modus fuit antiquoꝝ qui propter istas stellas igniri per effectum dicebant. H̄cōm veritatem au tem dicuntur stelle ea que similitudinez habent stellarū: sicut astub & cometes & ignis per pendicularis & h̄i: & illa dicuntur exacū propter multum calore superioris aeris cuius regio vocatur estas: et est aer ignitus qui est locis eristens in circuitu stellarū talē um que non in virtute sunt stelle: s; stelle dicunt propter similitudinem quam h̄t ad stellas. Lauta aut q̄ stelle tales igniuntur est: qz mouent in aere illo igni to: qui ex vicinitate motus stellarū: et vicinitate lu minis fit estus ignis: & ideo omnes tales vapores q̄ dicuntur stelle igniuntur ab eo: & sunt ignis stelle au tem que in orbe superiori: qui non sunt eiusdeꝝ mate

rie cum. iiiij. elementis circuoluntur in orbe suo: & ideo non igniuntur: quia non est orbis susceptibilis i pressionis actinarum & passuarum: stelle autem pre dicte que sunt sicut astub: & similia: & nō igniuntur ni si ideo quia aer est sub orbe propinquiore rotundo q̄ est orbis lune non quidem immediate sed per me dium ignitum ad quem tamen pertingit effec̄ motus stellarū: & ideo cum orbis incidit per revolutiones fortissimam in circuitu calefit aer ille: & non ignitur. Contraria h̄ tamē obiectit alex. p̄p̄atheticus dices q̄ oē qd agit tangit: vt dicit Ar. in libro. xvi. alium. Sed q̄ immutat per calorem: vel motum agit: ergo tangit: omne autem qd tangit ultimum suum habet simul cum ultimo tacti: ergo si stelle agunt in aere ha bent ultima sua cum ultimo aeris tacti: qd est falsū quia inter stellas & aerem est medius ignis & simili ter inter stellas & aeris partem superiorē que estus vocatur. Amplius si motus facit calorem eūz orbis in omnibus partibus suis equaliter moueri videt q̄ orbis in omnibus partibus suis equaliter dēret calefacere. Calefactio ergo aeris estus ita attribuit partibus alijs sicut stellis q̄ igni dicitur q̄ stelle cale faciunt aerē. Sed ad h̄ ipsa obiecta respondet alex. dicens q̄ non semper est verum q̄ omne qd agit tāgit: ita q̄ ultimus eius sit cum ultimo eius qd agit siue qd patitur ab ipso: & dat instantiam de p̄se q̄ vocatur stupefactor: qui quando ille est in rete & tangit manum p̄scatoris: nec ipse est stupidus: & tamen stu p̄facit manū p̄scatoris. Hec solutio ergo non placet temistio: nec etiā auerroys dicentibus q̄ p̄scis stupefactor agit in rete quidem in stupefactionem sensus: quia rete non habent sensum: sed agit in rete actionem passionis alicuius: que stupefacit manū p̄scatoris: & rete stupefaceret: si rete sensum haberet stelle autem nihil talium agunt in partes orbis: que sub ipsis neq̄ etiam motus stellarum: & ideo nō potest mediante orbe talis impressio ptingere ad ignē & ad aeris partem superiorē: & dñt igis duo prenotati p̄bi q̄ yna & eadem actione aliter agit spissum: & aliter non spissum: & aliter agunt in id qd est susceptibile ūrietatis: & aliter in id qd non suscepit ūrietatez qualitatū actiuarum: & passuarum: rarum enim motu suo minus dissoluit q̄ spissum: & ideo minus calefacit q̄ spissum: & cum retrumq̄ illorū dissoluat non tamen dissoluit nisi id qd rare fieri potest: & id neutrū horum dissoluit partes orbis: neq̄ calefacit sicut diximus superiorū: dñt ergo q̄ totius orbis ē actio illa que est dissoluere calefacere p̄ motum. Sed tñ q̄ stelle sunt spissiores partes orbis. Iō hec actio magis attribuitur orbi secundum stellas quā secundum aliquas partes non stellatas: & non op̄z q̄ immediate semper tangat. Sed sufficit q̄ per medium tangat licet actio eius fortius imprimat in id qd coniungitur ei sine medio: quam in id qd coniungi tur ei cum medio vel per medium: dumtamen illa equaliter sint susceptibilis talis impressionis: & secundum h̄ dicunt isti p̄bi q̄ aer qui est sub stellarū calefit magis quam sub alijs locis orbis non stellatis: & precipue aer qui supponit soli eo q̄ sol maior & spissior est omnibus alijs stellis & huius signum est q̄ aer tanto calidior inuenitur: quanto magis directe est sub sole sicut aer illorum super quorum cenit capitum mouetur sol: & quanto magis elongatur aer per obliquitatem avia solis ad aquilonem & meridiem tanto inuenitur frigidior: & contingit h̄ vt dictum ē propter motum solis: non ideo q̄ sol sit igneus: & similiter est in alijs stellis. **C** Nos autem Alexātri solonē scđ quid approbamus: qz absqz dubio stelle habent p̄prietates elon̄z vt dicemus inseriūs nō sicut disposite per ipas: sed sicut facientes eas i mā

que suscepitibilis est prarrietatis: et ideo non sequitur quod sic aliquid agit secundum aliquam actionem, quod disponatur secundum illam eandem, vel quod tangit phisico tactu secundum eamdem qualitatem: quam primit in illud quod est patiens ab ipso. Stellarum enim imprimat calidum: frigidum: et humidum: et siccum: et tamen secundum nam illoz disponuntur: et si hoc esset triplex ex motu stellarum: et ex spissitudine: tunc semper imprimenter calor et igneum: et hoc non faciunt: sicut experimur secundum visum: et ideo opus nos habere digressionem: et loqui de natura stellarum secundum dicta aliorum phisorum.

Caplin. iii. et est digressio declarans quomodo causatur calor a quibusdam stellis.

Requiremus igitur tria de stellis quorum primus est de causa caloris venientis a stellis omnibus: vel quibusdam secundum autem utrum stelle conuenient in genere: vel in specie inter se et cum alijs partibus orbis. Tertium vero de stellarum diversis effectibus. Dicimus autem de primo quod est de causa caloris venientis a stellis omnibus vel quibusdam quod nos inveniemus stellas in operatione ista variari: quod comptum est in observationibus phisorum quod quedam operantur frigidae: et quedam calidae: et cum omnes simul mouentur. Si esset calor ex motu triplex oculi operatur calorem: et id calor non videtur causari ex motu stellarum tantum. Sicut autem constat quod non causatur ex motu luminis ipsorum: quod probatum est ab Alfr. lumen non esse corpus: nec moueri: nisi per accidentem motu. scilicet corporis luminosi: cum igitur sit forma motu suo non inducit calorem videmus autem ex frequentibus alterationibus formarum non necessario calor inducitur: eo quod calor non inducitur nisi ex motu locali: sicut diximus ante. Si autem dicatur non ex lumine peruenire calor videbitur absurdum ad sensum: quia loca multuz luminescentia sicut ad que fit reflexio sunt vehementer calida et quando eadem obumbrantur. Iterum sunt frigida et videmus in speculis comburentibus quod fit reflexio ad locum unum: tunc elicetur ignis ex multo lumine ergo lumen stellarum et solis videtur esse causa caloris: sed et iterum videtur esse: quia semper operatur aliquae effectum videtur esse causa illius essentialis lumen igitur semper operatur calor videtur esse per se causa caloris: et videtur sic quod lumen per se opponatur frigori: et hoc est falsum: videtur ergo quod lumen non sit causa caloris per se. Sed ad omnia huius dicimus sine preiudicio melioris sententiae: quod et motus et lumen et stelle quedam sunt cause caloris: et qualiter quidem motus sit causa caloris quod pars ostensum est: lumen antez dupliciter est causa caloris: et hoc est per vicinitatem: et per reflectionem radiorum: per vicinitatem quidem sicut diximus quod vicinus est lumen quod est calidum sicut solis et maria ibi erit maior calor: et vicinitas est tribus modis quod unus est brevitas dyametri: et alter oppositio advenit capitum ad dyametrum: vel ad linea et dyametro non multum inclinatum et tertius artitudo speire in qua sol: vel alia stella calidi lumis mouetur breuitatem autem dyametri voco minorum partem dyametri excentrici deferentis stellam calidam per effectum ibi enim operatur maiorem calor: et in locis quod supponuntur anguli stelle eiusdem: et ideo dividunt phis qui ultra equinoctiale versus meridies secundum equaliter distiam ab equinoctiali calidiora sunt loca: et in equinoctiale ad aquilonem: eo quod autem solis est in aquilonem: et oppositio augis in meridie propter quod etiam quidam dicunt medietatem terre in meridie esse inhabibile ad minus in tribus: vel quatuor climatisibus planetis propter nimis solis calor. Oppositio luminaris advenit capitum: et dyametrum est: quod ad sol dyametra

liter supponitur capitibus aliquorum: et tunc reflectetur radius in seipsum: eo quod ad pares angulos semper reflectio: et dyametri linea est brevior inter ea que protractabuntur ab eodem puncto: et ad idem punctum et que sunt iuxta dyametrum tanto sunt maioris caloris operanti: quanto ad accutiorum angulum reflectuntur: et ideo calidissima est regio eorum super quorum cenit capitum sol transit: et a quibus declinat tanto secundum loca calidiora: quanto minor declinatur ab eis et quanto minor declinatur tanta accutiori angulo reflectis ab ipsis: artitudinem autem spee voco locum spee a quo sol parum per multum tempore circuli stricturam recedit sicut est videtur in circulo signorum in fine sagittarii: et in principio capricorni: et similiter in fine geminorum: et principio canceris in quibus propter recurvationem circuli signorum sol quasi per xxxij gradus videtur stare in eodem loco: et non multum distant gradus. xij. infra geminorum a gradibus. xii. in principio canceris fine centri: et sol ascendens per gradus: qui sunt in fine geminorum: et descendens per gradus qui sunt in principio canceris reflectitur propter punctum estivalis solstitii: ideo quasi moratur in loco eodem: et radix eius confontantur multum in loco qui supponitur illis gradibus: eo quod ex calore solis reclinans et die uno confontatur per calorem relictum ex die altero per tres dies in quibus mouetur in gradibus dictis. Et ideo terra ethiopie que centro supponitur feruuntur loco qui est sub equinoctiali. Sed hoc multo magis est in ultimis gradibus sagittarii et primis gradibus capricorni: quia ibi concurrunt omnes tres cause caloribus: et dyametralis altitudo solis super cenit: et arctitudo circuli signorum propter quod non est dubium illa loca esse incensa: et inhabitabilia propter calorem: differemus autem latius in libro quem post istum faciemus: qui vocabitur de longitudine: et latitudine ciuitatum sive locorum in habitabili. Si autem queratur utrum totus orbis hoc modo sit causa caloris vel saltus stelle omnes dicimus non: quia licet totus orbis sit de natura corporis lucidi: sicut dicit auicenna non tam totus orbis micat: et ideo pars que non micat non emittit lumen: et ideo nullo istorum modo est causa caloris: sed inter omnes stellas solus sol emitit radios sortes: et ideo solus sol hoc modo est causa caloris primi: et huius esse sunt quinque: que tamen simul collate una tamquam secta causa solis caloris constitutum: una illarum est magnitudo solis ipse est inter corpora simplicia non per se: sed solida spica manus est corpus multa quantitate excedens alia corpora: et ideo fortior est eius effectus secunda causa est solaris corporis spissitudo in quantum videtur: alias stellas: et id fortius fricat: et calefacit. Tertia causa est lumen id est plus calidum in ipso quam in alijs luminibus: et ideo fortiores emittit radios: et magis videntes inferiores. Quarta causa est subtilitas sive eius: et puritas ex quantum penetrabilis est: et lumen eius: et magis dissoluens ea in quantum cadit. Quinta et ultima causa est quod sol in natura lumen habet mouere ignem sicut: et spera stellarum fixarum habet mouere terram: et spera lumen habet mouere aquam: et spera gnes et aliorum planetarum habet mouere aerem: sicut inferius dicimus: et ideo est quidam physici dixerunt quod radius solis in eo quod radius non habet inducere calor: sed calor est a proprietate ignis qui mouetur a radiis eius sicut ferrum a magnete: et adducitur cum radiis eius his causis ex verbis Alcicenne additur figura que est solis vicinitas: quia vicinior est stellis superioribus fixis et tribus planetis anterioribus qui sunt saturnus iupiter et mars inferiores autem stelle: vel sunt vicine soli semper sicut venus et mercurius: et mouentur cum sole: eo quod namque etiam multum ab ipso: vel recipiunt lumen a sole sicut luna et id non mouet nisi vir

Non quinq[ue] ras quare Sol est causa
caloris Continuit

tute solis. Reflexio autem est causa caloris: ed q in reflexione multi radij diriguntur ad punctum vnum nisi pp multiplicatum calorem: aut caler locus; aut in toto incenditur sicut apparat in berilo vel cristallo: vel forte vitro bene rotundo: et impleto aqua fri gida que opposita sibi fortissima illuminatione illuminat vnum locum post ipsum: et ad illum fit reflexio radiorum in quo est accenditur ignis si ponatur pan nus combustus et bene ficeus: nisi sit ventus impediens frictionem caloris: et remanetia super idem punctum vel nisi sit nimis obliquus radius solis incidens in corpus reflectens ipsum sicut est in hyeme. Si autem queratur cauare lumen ita facit calorem cum sedis dicta pypatheticorum: neq; lumen sit corpus calidus neq; radius eius videtur esse dō. q lumen est ppria forma stellarum: et corporis celestis que vniuersaliter mouet mām generatim ad esse: et ideo primi mobilis motus et celi vlt per luminis influxum in gene rabilia est sicut vita quedam erūtibus omnibus p naturam: et ideo ipsum est dissolutum materie: et per qns calefacit: et ideo calefacit calore vivifico in qua sum est lumen in aliis pprietatem habere possit in quantum est lumen huius corporis: vel illius sicut alterius nature est lumen iouis: et alterius nature lumen saturni sicut nos in sequentibus ostendimus. Omnis igitur his modis dicemus lumen esse cām calorū stellarum: et ideo est regio superior aeris et exestat: tu ppter motum vicinum celestis corporis: stuz: ppter multam vicinitatem luminis ad ipsum influenter ex orbe. Ad hoc autem q vtrum lumen ex motu vlt ex se sit causa caloris: dicendum videtur q non ex motu quo mouetur: sed potius ex motu quo mouet: et dissolute mām: et mouet eam vlt ad formam q: lumen celi: secundum q: huius mouet ad oēm formam. Sed lumen celi vel stellarum super ista: vel illa figura respectus stellarum coniunctum cum virtute formatiū spūali q est in calore excitato per lumen mouet ad hanc spēz aut illam: et ideo dicit Al. in libro de aialibus q in se mine est triplex calor: h est elaris: celestis: et anime i formatis ad virtutē semen formatā. Ad hāt qd qris vtrum essentialiter operat calorē vel nō. dō esse vide tur qd nō essentialiter operat calorē nisi corpus calidus lumen aut nec corpus est: neq; calidus corp' est: et id nō essentialiter operat calorē: sed operatur ipsius p proprieatē effectus sui: pprii: q est dissoluere illuminata passibilia: et qd iste effectus est et motus: et id motus operatur calorē. Sed dissoluere aliter est effectus motus et aliter est effectus lumen: motus enim dissolutus fricatio et percutiendo ptem ad prem: lumen aut sicut forma prima vlt mouentis corporis: qd nō disponit qualitate ad qd mouet. Null'. n. motor primi aliquo motu mouet motu quo mouet: et id est non disponit qualitate ad qd mouet. h igitur sicut dicta breuiter de solone primoz trium questiorum.

C Capit. iii. et digressio declarās vtrū stelle sunt vnius spēi vel diversarū specierum.

Consequenter in primis vtrū stelle queniantur in gen: vel spē: vel in vtro: et rō i mestellach qd oēs cōcēt i gen: vno: et spē: qd aliquid vna nā attribuit eis motū vnum circu larē et cu oēs sīr habeat illū motū circulare vidētē picipare p formam eiusdem spēi in oībus: et hec rō cōfirmat in multis sententijs quas et nos ēt in aīcedētibz huius libri Al. sequente mestellach at ista arguendo dicit i libro de spera motai quo loqtur de stellis et motibus orbium: et videt rō h affirmari ex nūero Jesseniarum: qd sicut. iiii. et sūnt terminatū formarū et spēz: ita videt quintū corporis totum ēt vnius natur: et vnius spēi: et sīg̃ sī dictum obiciat mestellach p ser monē. Quicne dicentis: qd sicut ē vna natura dans

velocitatē maximā partē celo superiori sīm motum: q est ab oriente sup polos mūdi: ita oēs vna naturam: et formā ēē diuerſam ab illa qd attribuit inferioribus orbibus motū ecōuerlo ab occidēte in oriente qd natūra variaſ scdm spēs attribuētes diuersas velocitatis orbibus inferioribz scdm qd dicimus qd saturnus pplet circulū. xxx. annis: et luna in mēse: et inter me dij in diuersis tibz maioribus et minoribus: et pp id dicat orbes supiores et stellas esse diuersarū spēz Rūder mestellach qd oēs stelle īgenū stelle sī vniū ve locitatis. Sz qd tardū vna pficit circulū qd alia p̄tig ppter maius vel minus spatiaz: et ideo dicit qd si luna qd in mēse pficit circulū eset in spēra saturni ipsa p̄ficeret circulū i. xx. annis: et si saturnus ēēt in circulo lune ipse pficeret circulū in mēle vno. Sed dcm illū ēēt mirabile et innaturale: vñ oīuz enīnā p̄stantium qd itas ē certa: et determinata oēs igis aliquā ēē formā naturalē qd saturno attribuit tantā qd itas: et alia qd circulo solis tanta attribuit qd itas: et sic dō alios stellarū et orbibus. Prerēa nō ronabiliter dcm ē qd dicit p̄ accidens ēē qd stella saturni tardius pficit circulū qd luna: quia sicut se h̄it mobilia recta ad loca distātia rectā habēta ita se h̄it circularia ad loca distātia circulariter: et id sicut oēs sunt distātia rum rectaz per sūluz et deorsum: et per iurta sūlum qd iuxta deorsuz in qbus sunt mobilia simpliciter gra via: et levia: et media: ita differunt distātiae rotunde p̄ polos et centra preter h̄ solum qd p̄rietatem ad iūcem non h̄it circularia sicut recta: et ideo saturni moveri est super polos suos sīm p̄priū motū: et sup sūlū centrū naturaliter et non lune: et ideo si luna p̄ impos sibile esse ponat in orbe saturni non mouēt nisi vio lenter ipsa super polos orbis saturni: et id oīno in naturale est dictū mestellach. Amplius in omnibz corporibus naturalibus rōz et denūm et idemus attri buta partibz materie sīm p̄gruentia forme sībalis videmus enī qd rarifacit materia aeris raritate congruente forme ignis ipsa non manet amplius sī forma aeris. Sed transit ad formam ignis. Sillr autē de oībus alijs. Cum igitur constet tam ex rōne qd ex auctoritate oīum pypatheticorum qd p̄tes cuiuslibz circuli non stellate differētis sunt raritatis et spissitudinis ad partes illas: qd sunt stelle: sive sunt fire: sive planete: videbitur qd partes orbium non stellate dif ferent specie a stellis. Idem autē videtur: et de ipisis inter se stellis quecumq; enī dām nō h̄it in spē nō h̄it drām aliquam in ppriate: et operatione spēm con sequēte. Si ergo stelle nō differant spē nō h̄ebunt etiā drām i ppriatibus: et operationibz spēm p̄tibus qd salsum ēē pbatur p̄ oēs obseruationes antiquoz factas de operationibz stellarum tradūt enī illis qdāz ēē calidas excellēter: et quasdā ēē frigidas excellēter et quasdā tempatas: et quasdā hīc p̄prietates coniunctas ut calidas: et humidas: vel frigidas: et humidas et huius: et quasdā masculinas: et quasdā femininas nō qdē sīm veritatē: sed sīm p̄prietatē sīliue sibi cōueniente. Id huc arī si sunt vnius spēi quid oportuit fa cere multas: et differentes cu vñica oppositio oīum est qd p̄pēdo fieret p̄ vñā. Id hec autē id qd ē vnius forme p̄tinuitatē oīum p̄tuz h̄z sub forma: si igit totus orbis ē forme vnius ut dicis absq; dubio totus erit cōtinuus h̄enī vñā. Idemus i oībus simplicibz corporibz qd nihil ea distinguat ad iūcē: nisi dividens ea forma substantialis: videmus autem orbem esse diuisum in multas partes per hoc qd videmus accessiones et p̄ventiones stellarum fieri disceperentes: qd nullo modo posset. Tristante ipso continuo: quia continuū vna parte mota mouetur: et alia per equa lem distantiā semper sequens: aut precedens in



continuo qd' nullo modo videimus in stellis orbis: ergo non totus orbis est unius. Evidetur autem ad hunc auerroy super librum celi & mundi in eodem loco vbi Al. loquitur de natura stellarum: quod orbis est unus quasi unus alicuius diversi sunt pars quasi organicae deprimentes ad pfectio[n]em unius motus in eis ita tamen quod quelibet habet motus proprium qd' et ipsum extra rationem videtur esse dictum: quia alii partis ex diversis sunt etiam posse: orbis autem simplex est & incompositus. Preterea animalis pars mouentur in spatio uno cum toto: sed partes orbis mouentur in spatiis diversis. Adhuc autem alii pars colligatione h[ab]ent ad unum aliquid quod est principium in omnibus: hoc non potest bene fingi in primis orbibus. Et ex omnibus his dictis constat difficile esse aliquam verum tradere de natura orbis cuius & p[ro]p[ri]etatis inter se dissentient & per rationem demonstrativa[m] ad hoc non posset aliquis pervenire. Propter quod sine p[ro]fundicio aliorum videtur mihi dicendum quod ea que continentur de orbe duo sunt quorum unus est natura ipsius & alterum quantitatis eius est quantitas motus ipsius & querendo natura ipsius demonstrat quidam possimus inuenire in eis quod est rotundus & quod motus eius est circularis secundum naturam eius in specie & in particulari non possumus inuenire per demonstrationem nec ad hoc inueniuntur p[ro]p[ri]etatis qui ante nos fuerint aliquam induisse demonstrationem: sed quantitatem ipsius & qualitatem motus eius inueniuntur p[ro]p[ri]etatis & id usque hodie dubium est quod attendat d[omi]n[u]s orbis & stellarum & dubium est etiam de eccentricis & epicyclis & aliis quod continet que continentur de orbium natura & stellarum. Quod ergo nobis videt probabilius in illa quod est quod orbis in genere sit natura unus: sed in specie naturalium & formarum diversarum talis in orbibus & in stellis & dictum mestellach reputamus inconveniens nisi loquatur de natura eis orbis & quod dicit de motu stellarum quod est equalis velocitatis secundum naturam reputo absurdum: quia & ipse mathematicus fuit & non naturalis: sed difficultius est quod queritur utrum stella ab aliis partibus orbis differat specie: quia nos videmus quod nulla pars specie differat a toto inferius autem probatur quod stella est pars orbis in quo est: & id dicendum videtur quod stella est quasi dignior pars orbis cui presidet motor orbis & per ipsa influxit motum in totum orbem: & id omnes alie partes referuntur ad stellas & non differunt ab aliis partibus specie: quia species est motor: qui dat speciem roti orbi per stellam sicut anima dat esse per eum animali quia cor est principium animalis & densitas maior est in ipsa stella: & hoc est ideo ut magis ipsa contineat nobilitas luminis quam dat idoneitatem ad suscipiendum actum motoris: & non est simile de eliis & celis: quia elementa mouentur per naturam quemodo est in omnibus solidibus partibus: sed orbis mouetur per intelligentias que ad hoc ut motum influant erigunt nobilium & vires ex parte sui cui influunt motum: sicut supra dimicimus: & quia nobilis & minus nobile dicerent: oportet esse rara & spississima ideo in partibus mobilium talium: oportet esse differentem raritatem & spissitudinem quid autem de celo. viij. quod est multarum stellarum ita dicemus: ubi spissam de hoc faciemus inquisitionem in sequenti tractatu post istum & quod est de d[omi]n[u]s inter se dicitur quod stelle que sunt in diversis orbibus differat specie: sed que sunt in orbe uno non habent tantam d[omi]n[u]m & quod obicitur de d[omi]n[u]s proprietatis & operationum stellarum videtur quod si stelle sunt in orbe uno: sicut sunt fore que forte secundum omnes physis preter unum solum qui hic trahit in dubium sunt in celo uno: tunc sunt eiusdem speciei & nobilitatis illius includit orbis sunt multe sicut infra dicemus & vires motoris

eius sunt multe: sed que sunt in diversis orbibus sunt diversarum spissarum & diversorum motorum: sicut dirimus supra & similiter differunt operationes sequentes & passiones: quia illa sequuntur aliquando diversas nobilitates partium unius orbis & aliquando sequuntur diversas formas in diversis orbibus hec autem patet in sequenti capitulo: quod autem dicit auerroy non est intelligendum: ita quod orbis sit unus individualis: sed potius quod operationes omnium orbium referantur ad finem unum sicut operationes unius animalis: quia desiderantur primi motoris habent omnes inferiores motores & ad ipsum referunt omnem motum sumitur propter hoc assimilarunt totus orbis unius animali quod ad id resert omnes motus membrorum suorum & suarum partium: sed quae liter hoc sit primi p[ro]p[ri]etatis est determinare per certitudinem quia unitas illa in primo motore est sicut in duce exercitus & hinc est quod multi antiquorum celestia vocauerunt militiam celi & chords castrorum vocaverunt ordinem congregationum orbium & stellarum sicut in ista parte prime p[ro]p[ri]etatis Al. determinatur dominus aut motu unius stelle inferius loquuntur quantum huic scientie sufficit: eo quod ad id mathematici per certitudinem volunt determinare.

Capitulum. v. et de di. causam naturalem de effectibus stellarum.

E effectibus autem stellarum diversis duo d in p[ro]p[ri]etate queruntur: que sunt. s. & quando & ubi sit effectus cuiuslibet stelle & hoc inquirere est electoris & divinantis per astrum cuius est eligere & scire horas secundum quas ad figuram astrorum referuntur ea que sunt in inferioribus: & hoc oportet relinquere scientie electorum qui alio nomine vocantur gemmatici: eo quod principalius & inquirunt per stellarum figuram & effectus sunt nativitates eorum que generantur in inferioribus & eventus nascentia h[ab]ent enim scientiam in duobus voluminibus determinatae Prolorenus quorum unus est de accidentibus magnis visib[us] in mundo habens octo distinctos accidentia autem magna sunt: sicut mutationes regnum de gente in gentem & translationes sectarum & doctrine nouarum religionum: & hoc alius autem de accidentibus parvis particularibus sicut sunt evenitus unius hominis nati in hac constellatione vel illa: sed autem quod est de effectibus stellarum est naturalis causa per quam stella dicitur habere hunc vel illum effectum & hoc determinandum est & a generatis & electoribus supponendum. **C**queramus igitur unde dicatur quod stellarum frigida & quedam calida: & sic de aliis qualitatibus primis & etiam: unde dicatur mouere stellam ea que generatur ad hanc vel ad illam formam constat enim quod actio omnis participatur a forma nulla talibus qualitatibus est informata & sic videtur quod nulla stellarum habeat agere secundum huius qualitates. **A**adhuc autem cum talium qualitatibus non possint esse combinations nisi. iiii. & p[ro]bat Al. in. ii. p[ro]p[ri]etatis v[er]o secundum hoc quod stelle non debent esse nisi. viii. quarum. iiii. mouent & agerent secundum qualitates simplices & quatuor: sed qualitates contingatas & hoc videtur ad visus esse falsos: quod stelle se in multitudine maria & non potest aliquis dicere supfluere naturam in corpore celesti quod nobilis est omni corpus cui videamus eam non habundare & effluere superfluis in inferioribus nisi accidat hoc raro per casum quod in manu nascentis digitus levatus. **C**onclusus autem est in remus utrū illas qualitates agunt per accidens: aut per se & si agat eas per accidens tunc possint ipsas non agere & tunc oportet quod ad alios quosdam motores reduceret motus māe elorum quod alterans secundum qualitates dicas quod est oīo absurdum: quod ex hoc tunc sequeretur & oportet

habere ad celum perpetuū & incorporabile q̄ mone
re scđm istas qualitates: eo q̄ omnis motus corpo
ralis exit ab aliquo primo motu incorporabili vt se
pe ostendit est. Si autē dicatur q̄ mouent ad istas
qualitates & agunt eas per se: nunc videbuntur alii
dispōi q̄ istas qualitates ita q̄ qdā earū cēntialr sint hui
de & qdā cēntialr frigide: sic de alijs q̄ ē impossibile &
forte istas difficultates fugientes antiqui dixerunt celū
& stellas esse igneas & attrahere sibi de vapore terreo
& aquo a quibus acciperent humidum calidum &
humidum frigidum & secum frigidum & q̄ calidū
secuz haberent in natura: eo q̄ essent igne: sed hoc
nos ridiculum reputamus & in loco p̄prio in sequen
tibus improbabimus. Qd autem magis est difficile
est scire: s̄m quam naturaz sida habeant fortunas
& infortunas & vires ministrēt nō tñ exortis per nāz
s̄z aliqui & factis per artē sic imaginib⁹ vel vestib⁹
incis⁹ de novo v̄l edificijs & nouo factis & hui⁹ hec
enim omnia causis mutabilibus sunt & esse possit &
non esse: & ideo videtur q̄ regimen eorum non depē
dat ab aliqua natura vel virtute stellaru m: sed ad
omnia hec quidam respondent in quorum r̄sūsionē
Auerrois super librū ar. de celo & mundo in p̄men
to concordare v̄f q̄ illa non habent stelle nisi ex mo
tu: qz in materia sibi vicina q̄ fortiter fricat & dissol
vit inductius est calidi consumentis humidum & i
lla que distat inducit calidum non consumens fin
mouens humidum & faciens ipsum sp̄uale & effluēs
ad circāferentiam: sicut est humidum aereum in il
lo autem que est remotior inducit frigidum & ca
lidi priuatione: tam en quia pertinet ad ipsum mo
tus celestium: ideo humidum manens fluens supra
seipsum: sicut est humidum & frigus: & in ultimo di
stantia a motu corporis celestis ex primatione calorū
& motus inducit frigidum exprimens ex ipso hu
midum & hoc est frigidum secum in materia terre
stri: isti dicunt q̄ non illa stella est frigida nisi p̄ acci
dens sui motus: saturnus enim dicitur frigidus: qz
tarde mouetur & tardus motus non excitat calorem
& sic dicunt de alijs & vtitur tali modo loquēdi auer
rois rep̄bendens Alucennam dicentes stellas esse
naturaliter calidas & frigidas: & sic de alijs qualita
tibus dicens b̄ non esse verum nisi ex comparatiō
& notat comparationem remotionem maiorem v̄l
minorem & qualitatum corporis stelle m̄: iorem v̄l
minorem: & hoc dicitur absurdissimum: est & comper
tum & observatione verissima quādam stellas plus
elongatas quam sit saturnus & que tardioris sūt mo
tus esse calidas valde sicut est stellatio canis & com
pertum est stellas propinquas veloces esse frigidas
sicut est luna venus & hoc idem dicit auerrois in li
bro suo q̄ vocat de natura & substantia orbis contra
dicens subiūpi. Qd autē adhuc difficultatem red
dit questionem istam est q̄ tradit Alf. in scđo libro d
causis proprietatum elementorum & planetarum q
s. omnes stelle illuminantur a sole: sicut & luna in q̄
dictum consentit Ptolomeus in almagesti & suis
cōmentator similiter & Aluc. & mestellach in libro d
spera mota ponit ad figuram vt ostendat conueniē
tiam dicti illius: si enim sic est tunc videtur etiā om
nes stelle habere verū lumis solis: & sic omnes erūt
calide & sicce vt videoe vtrum a sole illuminantur stel
le similiter est inquirendum in sequenti. c. post isto
Sed ad ea que hic quesita sunt v̄f dō. q̄ sicut omnis
motus localis reducitur ad unum motum incor
pribilem primum & motus ille incorpribilis redi
citur ad unum motorem imobilem scđm locuz ita
q̄ est reducito omnis motus ad formam ad corpus
aliquod mouens ad formam: & non motum aliquo
motu qui est ad formam: & hoc corpus est celū & stel

les: sed differens est reducito q̄ motus localis nō pos
sunt reduci ad motorem imobilem scđm locum ni
si per motum qui est corporis celestis: eo q̄ mot⁹ lo
calis non repugnat incorporali corporis celi cum ni
bil mutet in ipso: sed motus qui est ad formam sunt
non possunt reduci ad aliquem motum perpetuum
qui sit ad formam qui sit motus perpetui motoris:
quia motus ad formam & mutat & corruptit s̄m p
pter quod nec perpetuus: nec perpetui esse potest:
sed reducitur ad motum localem vt ad cām efficien
tem & referentem mouens corpus ad formam: sicut
sunt celum & stelle: sicut supra exposuimus & illi mo
tores in natura sua habent agere formas generato
rum & corruptorum: & huic simile videmus in quo
libet particulari motu augmenti & alterationis scđz
naturaz scđm in animalibus que minor mundus a
physicis vocatur. Si autem nos queramus primū
augmenti motorem in animalibus inueniēmus ip
sum esse virtutem animē que dicitur augmentativa
& constat q̄ hoc non augetur: neqz quantitatēz habz
sicut vult Alf. in libro primo p̄rygeneos si etiā que
ramus primum motorem in alteratione & digestio
ne sibi in sanguine & sanguis in similitudinem mem
brorum constat q̄ est virtus anime que nutritiva di
citur sicut tradit Alf. in secundo de anima & reprehen
dens emp̄. qui hoc dicebat fieri a virtute ignis. Lñz
ergo talis sit redditio motuum materie vniuersalis
generatorum & corruptorū ad motores simpliciter
p̄mos qualē redditio motuz materie v̄lis cui⁹ ad
virtutes anime que sunt in membris sic est: & sunt
motores primū ordine participati cuiuslibet aia
lis oportet q̄ absqz dubio stelle que sunt q̄si quedaz
anemba celi sint primū motores ad quos reducunt
omnes augmentationes & alterationes & generatio
nes materie v̄lis generatorum & corruptorū hñt
enim stelle virtutem in se intellectum mouentium
que sunt intellectus artificis formal ad opus quod
producit & actiones stellarum informare ex illis que
admodum informantur calor complexionalis a vir
tutibus anime: & ideo influit per motum suum illas
formas sicut calor naturalis in cibum & corpus indu
cit formam carnis & sanguinis quando informatus
est a virtute anime & hec est causa etiam q̄ quando
sc̄iuntur virtutes stellarum & sitibus & motibus suis
tunc coniecturatio habet verisimiliter de productio
ne generatorum & duratione & omni formatione eo
rum: & q̄ obiicitur q̄ stelle scđz modum & naturā pri
marum qualitatum fin b̄ non debent esse nisi octo
frivolum. n. est omnia: quia qualitates prime quan
do in elementis accipiuntur non sunt nisi actiue &
passiue sicut probrihabet in scđo p̄rygeneos & cō
simplices sunt quatuor combinationes earuz sunt
quatuor: sed si accipiuntur qualitates prime put s̄c
instria motorum ad omnes formas tunc hñt in se vir
tutes formarū multarū: sicut in se sunt mallens &
ictus fabri omnes formas que figurantur in ferro
& huius simile est i calore p̄plexionali hois qui vñi⁹
Esi accipiāt put est instria ale b̄: in se virtutes mul
tas formādi carnē & ossa & nervos & medullas & plu
rima alia talia & eliciendi spiritum animalem & vi
talē & naturā & mouendi imagines ad fantasie & in
tellectus operationes & talibus virtutibus. Rñdet nu
merus & imago stellarū: q̄ motores stellarū sunt ple
ni formis eoz que sunt i inferiorib⁹: & iō in illa eoz m̄l
ta sunt p̄ naturā & diversa in quātitate & multiplicante
earuz vires ex multitudine finū & respectuā i circulo p
accessuz eoz ad lñcē & recessuz ab invicē: & iō frivolu
Eaccipere naturā stellarū & imaginū stellarū q̄s i se
hñt vel p̄ motu p̄tinū acgrūt p̄tinue fin nāz & p̄bi
tū p̄marū q̄litatū. Et q̄ querit vtrum habeant

agere formas essentialiter vel accidentaliter qd dicitur
qd habent eas agere essentialiter: sed essentiali-
ter agere dicit duplicitate. s. per essentialiam materia-
lem et corporalem et per essentialiam intellectualem et
spiritualarem statuarius enim per se et essentialiter fa-
cit statuam non tamen materialiter disponitum for-
ma statue et sic stelle agunt essentialiter formas: sed
habent eas spiritualiter et intellectualiter secundum qd sit
in instrumenta scia intellectum mouentium: et hoc est qd
egregie dicit. Et in. vii. prime pbie qd sicut sanitas est
et ex sanitatem et domus et domo in operatione artis: eo
qd sanitas in corpore est ex sanitatem que est in anima
medici et domus que est ex linguis et lapidibus est ex
domo que est in anima edificantis domum ita est i
formis naturibus: et cum hec fuit ea inducens platonem
qd dicit omnes formas esse a doctore formarum et non
esse in materia cum tamen hoc non sit verum: qd isti
motores educunt eas de materia in qua sunt preli-
ter et non secundum actum. Ad solutionem autem in-
ductam videtur consentiendum qd est nulla omnino
et falsa. Sed ad hoc qd queritur qualiter hoc posset
verum cu omnes stelle illuminant a sole et ita habent
virtutem lumen solis. Dico qd verum extimo esse qd om-
nes stelle a sole recipiunt illuminationem: sed qd no
recipiunt lumen intrinsecus sui tamen: sed intrinsecus:
ideo lumen incorporatum eis accipit virtutem et ha-
bituram corporum quibus incorporatur et huius silae
in calore et spiritu complexionis mundi minoris cui
libet membrum nobilis et principalis accipit virtutem
ad qd et in quod diriguntur et derivantur: et ideo virtute
vite dat sibi cor et virtutem anime dat sibi cerebrum
que est sensus et motus et virtutem naturalium ope-
rationum dat sibi epar et virtutem generat iuam et for-
mativam speciei dat sibi testiculi: et hoc est ideo qd
calor et spiritus non tamen diriguntur ad exterum me-
brosum: sed imbibuntur in eis et diriguntur et infor-
mantur: et ita est de lumine solis directo ad stellas et
imbibito in ipsis et hec est causa qd totum orbem assi-
gnauerunt pbi vni animali in quo principale membrum
et loco cordis sit sol propter quod etiam solis orbis in
medio orbium positus est a natura sicut cor in anima
li in hoc patet solutio omnisatis que in hac questione
possunt inquiri.

Capitulum sextum et est di. de. qualiter stelle om-
nes illuminantur a sole.

Ad maiorem certitudinem et evidenter
a premissorum oportet nos inquirere utrum
verum sit qd stelle non habent lumen a se:
sed accipiunt a sole sicut crediderunt ma-
gists illustres viri famosi in phis. Utetur autem
qd quia secundum hoc oportet quod attendentes
ad solem obscurarentur et recedentes haberent figu-
ras ut luna nouocularis colores primo et sic paulatim
per incrementa lumine solis implerentur et iterum
defecerent paulatim decrescendo lumen in ipsis et
huius contrarium nos videamus propter qd vide-
runt qd semper sunt stelle a lumine et lumen habent a se
ipsis. Amplius si lumen recipitur ab una stella et alia
tunc conuenientius videetur secundum natu-
ram quod inferior stella recuperet a superiori quam
econverso et sic stelle sine deberent dare lumen et non
sol et constat qd ille non dant: videtur igitur esse con-
sequens qd ex ipsis omnes habeant propter lunam.
Adhuc autem corpus purum dyaffanum non indi-
ger ad hoc qd luceat nisi qd sit spissa sicut aperte in quibus
dam lapidis preciosis cu ergo totus orbis sit purus
et clarus et proprie natus non indiger stella eius ad hoc
qd luceat nisi qd sit spissa et sic nihil dictum est qd indiger
soli ut luceat: adhuc autem queris qualiter accipit lu-

men a sole si accipit ipsum si eniz accipit ut corpus
spissum polita et resum tunc reflectitur ab ipso lumi-
ne: omnis autem reflectio est ad angulos determina-
tos et non ad omnem locum equaliter que est in cir-
citu corporis a quo sit reflexio. ergo lumen solis a
luna et luna et aliis stellis non reflectitur nisi ad quen-
dam loca mundi et non ad omnem locum equaliter
quod videbimus oculata fide esse falsum. Ad
huc autem nos corporibus inferiobus videmus
qd aliter accipit lumen candela et aliter corpus resum
quod reflectitur ipsum quia candela accipit ipsum
et est in exteriori tantu a quo multiplicatur per reflec-
tionem et ideo que tenet ipsum iam tunc probant
est quod stelle non recipiunt lumen ut reflectentia
corpora ergo recipiunt ipsum ut candela et ita videb-
is qd sint materie luminis et retineant lumen. Cum igit
corpora sint incorporealia semper tenebant ipsum ex
quo semel accepserunt non ergo indigent ut semper
accipiunt lumen a sole et hoc coegerunt multi in tan-
tu qd hoc factus est opinio communis et vulgaris. Sed
quod hoc non sit verum probant egregii viri in phi-
losophia sicut dixit aristoteles et aquincum et ptolomeus
et sinus commentator et mestellach in libro de spera mo-
ta et potior ratio sua est hic qd omne quod est in multis
secundum unam rationem prius est in uno aliquo qd est
causa omnibus sicut causa omnium calidorum est ignis
lumen ergo quod est multiplicatum in celo et multis
modis est in lumini celi opozet qd primo sit in uno
quod est causa multitudinis huius ab illo autem qd
est causa luminis in omnibus causatur lumen: ergo
oportet esse unum a quo recipiatur lumen in omni-
bus que lucent: hic autem noster infra continet ponitur sic
sol: ergo a sole unum est in omnibus stellis. Adhuc
autem nos videmus qd stelle secundum distantiam
quam habent ad solem accipiunt diversitatem suo-
rum motuum sicut est statio et directio currus et retrogra-
datio: ergo videtur etiam recipere lumen ab ipso.
Adhuc b ipsum indicat lumen solis: quia dicitur sol
quasi lucens solus videtur igitur qd sol det omnibus
alijs lumen. Adhuc autem in minori mundo unum
est membrum qd omnibus alijs ministrat vitam et
spiritum testantur hoc etiam pbi qd etiam est maioris mem-
brum. Lumen igitur sit per quod immititur vita eri-
stentibus omnibus videbitur fluxus luminis esse ab
aliquo uno. Adhuc omnis diversitas et multitudo
reducitur ad unum ad similitudinem et diversitatem lumen cele-
stis hijs autem rationibus et precipue prime et ultime
ratione que de necessitate concludunt consentientes
dictum cum illustribus viris qd omnis stella ce-
li illuminatur a sole sicut luna: sed est etiam receptio
lumen in ipsis: quia licet oes penitus in hoc qd recipiunt
lumen tamen differunt a virtute recipiendi sicut dis-
ferunt in nobilitate nature quedam enim sunt puris
sime et nobilissime: et ideo lumen receptum ab ipsis
statim penetrat a superficie una que est opposita so-
li ad superficiem aliam ita qd tota pars stelle implet
lumen limpidum ita qd nil obscuritatis remanet in ipsis: et
lumen earum non declinat aliquid a candore pri-
mum facit iupiter et quedam aliae stelle sibi similes et
quidem stelle statim penetratur a lumine: sed lumen declinat in ipsis ad roborem qd conuenit
